maelium appellatum ē. L. minutius boue aurato extra portam trigemi
nā ē donatus. Ne plebe quidem inuita. quia frumētum maelianū assibus

bilibre

c̄. ut quē senatorē cōsulē ue
uidere ciuitas uix posset

Egmelium

immodios estimatum plebi diuisit; Hunc minutium apud quosdam
auctores transisse a patrib; ad plebem. undecimumq; tribunum ple
bis cooptatum seditionem motam ex meliana caede sedasse inue
nio. ceterum uix credibile e numerum tribunorum patres auge
ri passos. idque potissimum exemplum a patricio homine intro
ductum. nec deinde id plebi concessum semel optinuisse. aut cer
te temptasse. sed ante omnia refellit fassum imaginis titulum
paucis ante annis lege cautum. ne tribunis collegam cooptare
licere. quae caecilius q̃ iunius sextus titinius. soli ex collegio tri
bunorum neq; tulerant de honorib; minuci legem. et criminari nunc
minutium nunc seruilium apud plebem queri que indignam ne
cem melii non destiterant; Per uicerant igitur ut tribunorum
militum potius quam consulum comitia haberentur. haut dubia
quin sex locis tot enim iam creari licebat. et plebei aliquid ꝓfiten
do se ultores fore maeliane caedis crearentur; Plebs quamquam
agitata multis eo anno et uariis motib; erat nec plures quã tres
tribunos consulari potestate creauit. et in his L. quinctium cin
cinati filium ex cuius dictature inuidia tumultus quęrebatur.
p̃latus suffragiis quin mammercus aemilius uir summae dig
nitatis. L iulium tercium creant. In horum magistratu fide
ne colonia romana. ad lartem tolumnium ueientium regem
ac ueientes defecere. maius additum defectioni scelus. c̃ ful
cinium cloelium tullum sp̃antium. L. roscium legatos romanos
causam noui consilii quaerentes iussu tolumni int̃fecerunt; Leuant
quidam regis facinus in tesserarum prospero iactu uocem eius ambigu
am ut occidi iussisse uideretur a fidenatibus exceptam causam mor
tis legatis fuisse. rem incredibilem interuentu fidenatium nouorũ
sociorum consulentium de caede ruptura ius gentium non auersũ
ab intentione lusus animum. nec deinde ĩ horrorem uersũ. facinus
ꝓprius e. fidem obstringi fidenatium poplm ne respicere spem ul
lam ab romanis posse et conscientiam tantis sceleris uoluisse; Lega
torum qui fidenis caesi erant statuae publicae in rostris posite sunt.
cũ ueientib; fidenatibusq; p̃ter quam finitimis populis ab causa
et iam tam nefanda bellum exorsis atrox dimicatio instabat; Itaq;
ad curam summae rerum quieta plebe tribunisq; eius nichil contro

uersiae fuit. quin consules crearentur. m̄ geganius macerinus tercium
& lucius sergius fidenas abello credo quod deinde gessit appellatus ;
hic enim primus cisanienem cum rege ueientium secundo proelio con
fixit ; Nec incruentam uictoriam retulit. maior itaq; ex ciuib; amis
sis dolor quam laetitia fusis hostib; fuit. & senatus ut intrepidis
reb; dictatorē dici mamercum aemiliū iussit. is magistrū equitū
ex collegio prioris anni quo simul tribuni militū consulari potes
tate fuerant. L. quinctiū cincinatū dignū parente iuuenem dixit.
addilectū a consulib; habitum centuriones ueteres belli periti ad
iecti. & numerus amissorum proxima pugna explaeus. legatos quintū
capitolinū & m̄ fabium uibulanum sequi se dictator iussit. cū potestas ma
ior tum uir quoque potestati par. hostes ex agro romano trans ame
nem sub mouere. collesq; inter fidenas atq; anienem coeperunt referen
tes castra. Nec ante in campo digressi sunt quam legiones auxilio
faliscorum uenerunt ; Tum demum castra & truscorum pro moenib;
fidenarum posita. & dictator romanus haud procul inde a con
fluentis consedit in utrisq; ripis amnis qua sequi munimēto pote
rat uallo interposito. postero die in aciem eduxit. inter hostes ua
rie fuere sententie faliscus procul ab domo militiam aegre patiens
satisq; fidens sibi poscere pugnam. ueienti fidenatiq; plus spei intra
hendo bello eē. tolumnius quāquam suorū magis placebant consilia.
ne longinquā militiā non paterentur falisci postero die se pugnaturum
edicit. dictatori ac romanis quod detrectas s& pugnam hostis. animi acces
sere. Posteroq; die iam militib; castra urbem q; se oppugnaturos fre
mētib; in copia pugnae fiat. Utrimq; acies inter bina castra in medium
campi procedunt ; Veiens multitudine abundans. qui intē dimicationem
castra romana aggrederentur. p' montes circumisit triū populorū exer
citus ita stetit instructus. ut dextrum cornū ueientes. sinistrum falisci
tenerent. medii fidenates eēnt. dictator dextro cornu aduersus faliscos. sinis
tro contra ueientem capitolinus quinctius intulit signa; ante mediam
aciem cū equitatu magister aequitum processit. parump silentium & qui
es fuit. Nec & ruscis nisi cogerentur pugnam inituris & dictatore
arcem romanā respectante. ut ex augurib; simul aues rite admisse eēnt ;
Ex cōposito tolleretur signū; quod simul ubi conspexit primos equites
clamore sublato in hostē emisit. secuta peditū acies ingenti ui confli

xit ;

amenē

Falisci

Nulla parte legiones & rusce sustinuere impetum romanorum eques maxime
resistebat. aequitumq; longe fortissimus ipse rex ab omni parte effu
se sequentib; ob aequitans romanis trahebat certamen; Erat tum inter e
quites tribunus militum A. cornelius cossus eximia pulchritudine corporis
animo ac iurib; par memorq; generis quod amplissimum acceptum maius auc
tiusq; reliquit posteris; Iscum ad impetum tolumnii quacumq; se intendis
s& trepidantes romanas uidit & turmas. insignemq; eum regio habitu uoltan
tem tota acie cognouisset. hic inee inquit ruptor foederis humani uiolator
que gentium iuris. Iam ego hanc mactatam uictimam si modo sancti quic
quam interris eem dii uolunt. legatorum manib; dabo; Calcarib; subditis in
festa cuspide in unum fertur hostem. quem cum ictum equo deiecisset. con
festim & ipse hasta innixus se inpedes excepit. ad surgentem ibi regem um
bone resupinat repetitumq; sepius cuspide ad terram adfixit; Tum ex
angui detracta spolia caputq; abscisum uictor spiculo gerens terrore caesi
regis hostes fundit; Ita equitum quoq; fusa acies quae una fecerat anceps certamen
dictator legionib; fugatis instat. & ad castra conpulsos caedit. fidenatium
plurimi locorum noticia effugere in montes. cossus tiberim cum equitatu
transuectus. ex agro ueientano ingentem detulit predam ad urbem. inter prae
lium. & ad castra romana pugnatum est aduersus partem copiarum ab to
lumnio ut ante dictum est ad castra missam. fabius uibulanus corona primum
uallum defendit; Intentos deinde hostes in uallum egressus dextra principali
cum triariis repente inuadit; Quo pauore iniecto. caedes minor quia pau
ciores erant. fugaq; Non minus trepida quam in acie fuit; Omnib; locis re
bene gesta dictator. sc. iussuq; populi triumphans in urbem redit. longe
maximum triumphi spectaculum fuit Cossus spolia opima regis interfecti ge
rens. In eum milites carmina incondita equantes eum romulo canere. spolia in aede
iouis feretrii prope romuli spolia que opima appellata sola ea tempestate erant
cum sollemni dedicatione dono fixit. auerterat q; in se A. curru dictatoris ciuium
ora. & celebritatis eius diei fructum prope solus tulerat. dictator coronam
auream libra pondo ex publica paecunia populi iussu in capitolio ioui
donum posuit; Omnis ante me auctores secutus. A. cornelium cossum. tr. mil.
secunda spolia opima iouis feretrii templo intulisse exposui; Ceterum
preter quam quod ea rite opima spolia habentur quae dux duci detraxit. Nec du
cem nouimus nisi cuius auspitio bellum geritur. titulus ipse spoliis inscriptus
illos me que arguit contra ea cossum coepisse; Hoc ego cum augustum caesa

rem templorum omniū conditorem aut restitutorem ingressum aedem
feretrii iouis quam uetustate de lapsam refecit se ipsum in thorace linteo
scriptum legisse audissem prope sacrilegium ratussum cossum spoliorum
suorū caesarem ipsius templi auctorem subtrahere testem. qui si ea inre
sit error. Quod tam uetere res annales quod que magistratuum libri quos
linteos in aede repositos moneta eam macer licinius citat. identidem auc
tores septimo p'demum anno cum t̄. quinctio poeno. a cornelium cossū con
sulem habeant. Existimatio cōmunis omnib; ē. nam & iam illud accedit
ne tam clara pugna in eum annum transferri possē; Quod in belle trien
nium ferme pestilentia inopiaq; frugum circa marcum cornelium cons̄ fuit.
Adeo ut quidam annales uelut funesti nichil p̄ter nomina consulū sugge
rant; Tertius ab consulatu cossi annus tribunum eum mil̄ consulari potes
tate habē; Eodem anno magistrum equitū quo in imperio alteram in
signem edidit pugnam equestrem. ea libera coniectura ē. sed ut ego arbitror
uana uersare in om̄s opiniones licē. cum auctor pugnae recentib; spoliis
in sacra sede positis iouem prope ipsum cui uota erant. romulumq; intu
ens haud spernendos falsi tituli testes se. a cornelium cossum consu
lem scripserit. M. cornelio maluginen se L. papirio crasso consulib;
exercitus in agrum ueientem ac faliscum ducti. p̄dae abactae homi
num pecorumque. hostis in agris nusquā inuentus. neq; pugnandi co
pia facta. urbes tam̄ non oppugnate: Quia pestilentia populū i. iua
sit. & seditiones domi quae sitē sunt. nec mota tamen absp̄. moelio tr̄.
pl̄. qui fauore nominis moturum se aliquid ratus & minutio diem dixe
rat. & rogationem de publicandis bonis seruilij ab ale tulerat. falsis crimi
nib; a minutio circumuentum maelium arguens. seruilio caedem cuius in
demnati obiciens. quae uaniora ad populū ipso auctore fuere; Cōerum ma
gis uis morbi ingrauescens curae erat. terrores q; ac p̄digia maxime quod
crebris motib; t̄rae ruere in agris nunciabantur tecta. obsecratio itaq; a popu
lo diuum iuris p̄ euntib; ē facta; Pestilentior inde annus c̄ iulio iterum & L.
uerginio cons̄. tantū metum uastitatis in urbe agrisq; fecit. ut non modo p̄
dandi causa quisquam ex agro romano non exirē. belli ue inferendi memo
ria patrib; aut plebi essē. sed ultro fidenates qui se primo aut opido aut mon
tib; aut muris tenuerant populabundi descenderent in agrū romanū; De
inde ueientiū exercitu accito. Nam falisci p̄ pelli ad instaurandū bellū
neq; clade romanorū neq; sociorū p̄cib; p̄tuere. duo populi transiere amen̄

atq; hauc ꝓcul collina porta signa habuere. trepidatum teq; non in agris magis quam in urbe est; Iulius cōs maggere muris que explicat copias. auergino senatus in aede quirini consulitur dictatorem dici. a seruilium placeat cuique prisco alii structo fuisse cognomen tradiit; Uergilius dum collegam consulerat; moratus pmittente eo nocte dictatorem dixit; Is sibi magistrum postumium ebutium heluium dicit; Dictator omnes luce prima extra portam collinam ad eē iubet; quib; cum q; iuuet suppetebant ad arma ferenda presto fuere; signa exaerario prompta feruntur ad dictatorem. quae cum agerentur hostes in loca altiora concessere; Eo dictator agmine infesto subit; Nec ꝓcul momento signis collatis fudit & fusos legiones compulit inde in urbem fidenas ualloq; circumdedit; sed neq; scalis capi poterat urbs alta & munita neq; obsidione uis ulla erat. quia frumētū non necessitati modo satis sed copie quoq; abunde exacte contecto sufficiebat; Ita expugnandi pariter cogendiq; ad deditionē spe amissa. dictator in locis propē ꝓpinquitatē notis ab aduersa parte urbis maxime neglecta natura tutissima erat agere in arcē cuniculum instituit; ipse diuersissimis locis subeundo ad moenia quadrifariam diuiso exercitu. qui alii aliis succederent ad pugnā continenti die ac nocte praelio absensu operis hostes auertebat. donec pfosso a castris monte erecta in arcem mia. Intentisq; & fusos ad uanas acerto periculo minas clamor sup caput hostilis captam urbē ostendit; Eo anno cē fuit sp. lucius & mā gegamius macerinus censores nulla publica in campo martio probauerunt; Ibiq; primū census populi eē actus; Eosdem cōs insequenti anno refectos. tullū tercium uerginiū Iterum apud macrum licinium inuenio. ualerius anciat. & q. cubero. m. manlium & quinctium sulpitiū cōs ineunt annū edunt; Caeterum in tam discrepante editione & cubero & macer libros sine ore auctores pferentur; Neuter tribunos militum eo anno fuisse tradidit ascriptoribus; antiquis dissimulat. licinio libros haud dubie sequi uisus placet; Et cubero incertus uereē. sed inter cetera uetustate incompta hoc qq̄ in incerto positum. Trepidatum in etruria est post fidenas captas non uetustis; solū externis metu simul ex cadis sed & iam fatiscis memoria unius primo cum his belli quā quam rebellantib; non affuerant; Igitur cum due ciuitates legatis circa xu.

fidene cap. sunt

Iegatis

populos missis impetrassent ut ad uoltum nefanū indiceretur omni & turię
concilium ue lut magno inde tumultu imminente. senatus mamercum
ae milium dictatorem Iterum dici iussit. Abeo aurelius postumius tubero
magister equitū ē dictus. bellumq; tanto maiore quam ꝓximo conatu
apparatum ē. quanto plus erat ab omni etruria periculi quam ab duobus
populis fuerat; Ca res aliquanto ex spectatione omnium tranquillior
fuit; Itaq; cum renunciatū a mercatorib; &c negata ueientib; auxilia iussos
que suo consilio bellū initum suis uirib; exequi nec aduersarum rerum
quaerere socios cum quib; spem integram communicati non sunt. Tum
dictator ne nequam creatus &c materia quaerendę bello gloriae ad
empta in pace aliquid operis edere quod monumētum eēt dictature cupi
ens censuram minuere parat seu nimiam potestatem ratus seu non tam
magnitudine honoris quā diuturnitatis offensus. contione itaque
aduocata rem p̄ foris gerendam ait tutaq; omnia prestanda deos im
mortales suscepisse. se quod intra muros agendum &c libertati PR
consulturū maximam autē eius custodiam eē. si magna imperia diutur
na non eēnt. Et tempori modus imponerentur quib; iuris imponi non
possē. alios magistratus annuos eē quinquennalem censuram grauem
eē. isdem ꝑtot annos magna parte uitae obnoxios uiuere. se legem
laturum ne plus quam annua ac semenstris censura eēt; Consensu
ingenti populi legem postero die ꝑtulit; Et ut re ipsa inquit sciatis
quirites quam michi diuturna non placeant imperia dictatura me
abdico. deposito suo magistratu modo aliorum magistratui imposito
fine alteri cum gratulatione ac fauore ingenti populi domum ē re
ductus. censores aegre passi mamercum quod magistratum PR mi
nuissē tribu mouerunt; Octiplicatoq; censu aerarium fecerūt quā
rem ipsum ingenti animo tulisse ferunt. causam potius ignominię
intuentem quā ignominiam; Primores patrum quāquam deminutū
censurae ius noluissent. exemplo acerbitatis censoriae offensos. quip
pe cum se quisq; diutius ac sepius subiectum censorib; fore cerne
rent. quam censuram gestarent; Populi certe tanta indignatio co
orta dicitur. ut uixa censorib; nullius auctoritate pretē q̄ ipsius ma

merci deterreri quiuerit. tribuni plebis assiduis contionib; prohibendo comitia
cum cum res prope ad interregnum perducta esset. euicere tandem ut tribu
ni militum consulari potestate crearentur; Victoriae premium quod pete
batur ut plebeius crearetur nullus fuit. omnes patricii creati sunt. m. fabius
uibulanus. m. folius. l. sergius fidenas; Pestilentia eo anno aliarum rerum
otium prebuit. aedes apollini pro ualitudine populi uota est. multa diuum ui
ri ex libris placandae deum irae auertendaeq; a populo pestis causa fece
re. Magna tamen clades in urbe agrisq; promiscue hominum pecorumq;
pernitiae accepta. famen cultorib; agrorum timentes in etruriam pompti
numque agrum et cumas postremo in siciliam quoq; frumenti causa mi
sere. consularium comitiorum nulla mentio habita est. tribuni militum consu
lari potestate omnes patricii creati sunt. l. pinarius mamercus. l. furius
medullinus. sp. postumius albus. eo anno uis morbi leuata. neq; a penuria
frumenti quia ante prouisum erat periculum fuit; Consilia ad mouenda
bella in uolscorum aequorumq; conciliis et in etruria ad fanum uoltum ne
agitata. ibi prolate in annum res. decretoq; cautum ne quod ante concilium
fieret; Nequicquam ueiente populo quaerente eandem qua fidene de
letae sint imminere ueiis fortunam Interim romae principes plebis iam
diu nequicquam imminentes spei maioris honoris dum foris otium esset.
cetus indicere in domos tribunorum plebis ibi secreta consilia agitare.
queri se a plebe adeo spectos ut cum per tot annos tribuni mil consulari potesta
te creentur nulli unquam plebeio ad eum honorem aditus fuerit. mul
tum prouidisse suos maiores qui cauerint. ne sui patricio plebei ma
gistratus paterent. aut patricios habendos fuisse tribunos plebi. adeo
se suis et iam sordere. nec a plebe minus quam a patrib; contemni. alii pur
gare plebem. culpam in patres uertere. eorum ambitione artibusq; fieri
ut ob septum plebis id ad honorem iter. se plebi respirare ab eorum mixtis precib;
minisq; liceat. memorem eam suorum inituram suffragia esse. et parto auxilio im
perium quoque ascituram. placet tollenda ambitionis causa tribunos legem pro
mulgare ne cui album uestimentum album addere peticionis licet et causa. parua
nunc res et uix serio agenda uideri possit quae tunc ingenti certamine pa
tres ac plebem accendit. uicere tamen tribuni legem perferrent. apparebat
q;

irritatis animis plebem ad uos studia inclinaturā que nec libera
eēnt sm̄c factum ē. ut consularia comitia haberentur. tumultus cau
sa fuit: Quem ab aequis & uolscis latini atq; hernici nunciarant t̄.
quinctius L. filius cincinnat' eidem & paeno cognomen additur. & Gne
us iulius mento cons̄ facti. nec ultra terror belli est dilatus. lege sacrata
quae maxima apud eos uis cogende militiae erat. dilectu habito utrimq;
ualidi exercitus profecti in algidū conuenere. ibiq; seorsum uolsci castra
communiuere intentiorque quam umquam ante muniendi exercendi
que militem cura ducib; erat. eo plus nuntii terroris romā attulere. se
natui dictatorem dici placuit; Quia & si saepe uicti populi maiore
tam̄ conatu quam aliarum quam rebellarent. & aliquantum romanae
iuuentutis morbo absumptum erat. Ante omnia priuata consulū
discordiaque inter ipsos erat & certamina in consiliis omnib; terrebant;
Sunt qui male pugnatum ab iis consulib' in algido auctores sint. eamq;
causam dictatoris creandi fuisse. Illud satis constat ad alia discordes in uno
ad uersus patrum uoluntatem consensisse Ne dicerent dictatorem donec
cum alia aliis terribiliora afferrentur. nec in auctoritate senatus consu
les essent. Quintus seruilius priscus summis honorib; egregie usus
Uos inquit tribuni plebis qm̄ ad extrema uentum ē. senatus appellat. ut
in tanto discrimine rei p̄. dictatorem dicere consules potestate urā co
gatis; Qua uoce audita occasionem oblatam rati tribuni augendae
potestatis secedunt; Pque collegio pnunciant placere consul senatui
dicto audientes eē. si aduersus consensum amplissimi ordinis ultra ten
dant in uincla seduci eos iussuros. cons̄ ab tribunis quam ab senatu uinci
maluerunt. Proditum a patrib; summi imperii ius datum que sub iugū
tribunitie potestati consulatum memorantes. siquidem cogi aliquid pro
potestate a tribuno cons̄. & quo quid ulterius priuato timendum foret. in uincla
& iam duci possent. sors ut dictatorem dicerent. Nam ne id quidem int̄ col
legas conuenerat t̄. quinctio euēit. is. a. postumiū tubtum socerū suū seueris
simi imperii uirū dictatorem dixit; Abeo L. iulius magister equitū ē dic
tus. simul edicitur & iustitium. neque aliud tota urbe agi quā bellum

c̄ obedientes

c. de lect.

apparari cognito uacantium militiae munere p̄ bellum differtur;
Ita dubii quoq; inclinant ad nomina danda. & hernicis latinisque
milites imperati. utrimq; obnixe oboeditum dictatori ē; haec omā
celeritate ingenti acta relictoq; cñ iulio consule ad p̄sidium urbis
& l. iulio magistro equitum ad subita belli ministeria nequa res
qua eguissent in castris moraretur. Dictator p̄eunte aulo cornelio
pontifice maximo ludos magnos tumultus causa uouit; Profectusq;
aburbe diuiso cum quintio consule exercitu ad hostes p̄uenit. sicut
bina castra hostium paruo int̄se spatio distantia uiderant ipsi quoq;
mille ferme passus ab hoste dictator tusculo consul lanuuio propiorem
locum castris coeperunt; Ita quatuor exercitus totidem momenta
planitiem in medio n̄ paruis modo excursionib; ad p̄lia sed uel ad ex
plicandas utrimq; acies satis patentem habebant. nec ex quo castris
castra conlata sunt cessatum aleuib; p̄lus ē. facile paciente dictato
re conferendo uires spem uniuerse uictoriae temptato paulatim euen
tu certaminū suos precipere; Itaque hostes nulla in proelio iusto re
licta spe noctu ad orta castra cons̄rem in casum ancipitis euentus con
mittunt. Clamor subito ortus non consulis modo uigiles exercitū
deinde omnem sed dictatorem qq̄ ex somno excuiit. Vbi p̄senti ope
res egebant. consul nec animo defecit. nec consilio; pars militum por
tare stationes firmat. pars corona uallum cingunt; In alteris apud
dictatorem castris quo minus tumultus ē. eo plus animaduertit.
quid opus facto sit. misso extemplo ad castra subsidio. Cui spu
rius postumius albus legatus p̄ficitur. Ipse parte copiarum par
uo circuitu locum maxime secretum ab tumultu petit. Unde
nec ex opinato aduersum hostem inuadat. q̄ sulpitiū legatum
p̄ficit castris. m̄ fabio legato ad signat equites. nec ante lucem
mouere iub & manum; Int̄ nocturnos tumultus moderato dif
ficilem omnia quae uel alius imperator prudens & impiger
in tali re p̄ciperet agere & q; p̄cipit ordine atq; agit; Illud exi
miū consilii animiq; specimen & ne utiq; uulgate laudis quod

ultro ad oppugnanda castra hostium unde maiore agmine profec
tus exploratum fuerat nigeganium cum cohortib; dilectis mi sit.
Qui postquam intentos homines in euentum periculi alieni pro se
incautos neglectis uigiliis stationibusq; est adortus. prius pene
coepit castra. quam oppugnari hostes satis scirent; inde fumo
ut conuenerat datum signum. ubi conspectum ab dictatore excla
mat. capta hostium castra nuntiariq; passim iubet; & iam luces
cebat omnia que suboculis erant. & fabius cum equitatu impe
tum dederat. & consul eruptionem e castris intrepidos iam hostes
fecerat. dictator autem parte altera subsidia & secundam aci
em adortus circum agentes ad dissonos clamores ac subitos
tumultus. hosti undique obiecerat uictorem peditem equitemq;;
circumuenti iam in medio ad unum omnes poenas rebellionis
dedissent: Ni uetius messius ex uolscis nobilior uir factis
quam genere iam orbem uoluentes suos increpans clara uoce
Hic prebituri inquit uos telis hostium estis. in defensi. inulti;
Quid igitur arma habetis aut quid ultro bellum intulistis in otio tu
multuosi. in bello segnes. Quid hic stantib; spei est. an deum ali
quem protecturum uos rapturum quae hinc putatis. ferro uia facien
da est hac qua progressum uideritis agite qui uisuri domos paren
tes coniuges liberos estis Ite mecum. non murus nec uallum sed
armati armatis obstant. uirtute pares necessitate quae ulti
mum ac maximum telum est superiores. haec locutum exsequen
tesq; dicta redintegrato clamore secuti dant inpressionem
qua postumius albus cohortes obiecerat. & mouerunt uictorem
donec dictator pedem iam referentib; suis aduenit. Eoq; om
ne prelium uersum est. uni uero messio fortuna hostium innititur
multa utrimq; uulnera multa passim caedes est; Iam ne duces
quidem romani incruenti pugnant. unus postumius ictus saxo
perfracto capite acie excessit. Non dictatorem humerus uulnera
tus. non fabium prope ad fixum equo femur non brachium absci

sum consulem extam ancipiti proelio summouit. messium impetus pstra
tos caede hostes cum globo fortissimorum iuuenum extulit ad castra uol
scorum quae nondum capta erant. Eodem omnis acies inclinatur. con
sul efusos usq; ad uallum psecutus. ipsa castra uallumq; aggreditur;
Eodem & dictator alia parte copias admouet. non segnior oppugna
tio e. quam pugna fuerat. consulem signum quoq; intra uallum
iniecisse ferunt. quo milites acrius subirent. repetendoq; signa pri
mā inpressionem factam. & dictator pro rupto uallo iam in castra
proelium intulerat; Tum abici passim arma & dedi hostes coepti.
castrisq; & his captis hostes pter senatores omnes uenundati sunt.
pda pars sua cognoscentib; latinis atq; hernicis reddita. partem
subhasta dictator uendidit. ppositoq; consule castris ipse triumphans
inuectus urbem dictatura se abdicauit; Egregiae dictaturae tristem
memoriam faciunt. qui filium ab apostumio qd occasione bene pug
nandi captus iniussu discesserit psidio uictorem securi pcussum tra
dunt. Nec libet credere. & licet in uarius opinionib; & argumto e. quod
imperia malliana non postumiana appellata sint. quem qui prior auc
tor tam saeui exempli foret occupaturus insignem titulum crudelitatis
fuerit. Imperioso quoq; manlio cognomen inditum. postumius nulla
tristi nota e insignitus. cn c iulius cons edem apollinis absente collega
sine sorte dedicauit. aegre ea passus quintius cum dimisso exercitu ur
bem redisset. Ne quicquam in senatu e conquestus; insigni magnis rebus
anno additur: Nichil tum ad rem romanam ptinere uisum. quod carta
ginienses tanti hostes futuri tum primum psediciones siculorum ad par
tis alterius auxiliu in siciliā exercitum traiecere; Agitatum in urbe ab
tribunis plebis ut tribuni militum consulari potestate crearentur. nec ob
tineri potuit. cons fiunt l. papirius crassus. l. iulius; aequorum legati foe
dus ab senatu cum petissent. & pfoedere deditio ostentaretur. inducias an
norum octo impetrauer; Volscorum res sup acceptam in algido cladem ptinatiae
certamine in tpacis belliq; auctores in iurgia & seditiones uersa; undiq;
otium fuit romanis. legem de multarum aestimatione pgram populo cum

ab tribunis parari consules unius ex collegio proditione excepissent.
ipsi p̄occupauer̄ ferre. consules. L. sergius fidenas iterum. hostius lucre
tius tricipitinus. nichil dignum dictu actum iis consulib; secuti eos cons̄ A.
cornelius cossus. t̄. quinctius paenus iterum uehientes in agrum romanū
excursionem fecer̄. fama fuit quosdam ex fidenatium iuuentute parti
cipes eius populationis fuisse. cognitio q; eius rei L. sergio & q̄. seruilio &
mamerco aemilio p̄missa. quidam hostiam relegati q̄d̄ cur p̄ eos dies a fi
denis auffuissent parum constabat. colonorum additus numerus. ager que
his bello inter emptorum adsignatus. siccitate eo anno plurimum labo
ratum e̅. nec caelestes modo defuerunt aquae. sed terra quoq; ingenito
umore egens uix ad p̄ennes suffecit amnes; Defectus alibi aquarum cir
ca horridos fontes riuosque stragem siti e quorum morientium dedit.
scabie alia absumpta uulgatique contactu in homines morbi. & primo
in agrestes ingruerant. seruitiaq; urbs deinde impletur. nec corpora modo
affecta tabe. sed animos q̄q̄ multiplex religio & pleraq; externa inuasit.
nouos ritus sacrificandi uaticinando inferentib; in domos. quib; questui
sunt capti sup̄sticione animi. donec publicus iam pudor ad primores ciui
tatis p̄uenit cernentes in omnib: uicis sacellisq; peregrina atq; insoli
ta piacula pacis deum exposcende; datum inde negotium aedilib; ut
animaduerterent. nequi nisi romani dii Neu quo alio more quam pa
trio colerentur. Irae aduersus ueientes in insequentem annu. Gaium
seruilium ahalam. L. papirium mugilanum cons̄ dilatae sunt; Tunc
quoq; ne confestim bellum indiceretur neue exercitus mitterentur.
religio obstitit. facilis prius mittendos ad res repetendas censuere. cum
ueientib; nup̄ acie dimicatum ad nomentum & fidenas fuerat. inducie
que inde non pax facta quarum & dies exierat. & ante diem rebellauerant.
missi tamen feciales. nec eorū cum more patrū iurati repeterent res. uerba
sunt audita. controuersia inde fuit utrum populi iussu indiceretur bel
lum an satis ett̄. sc̄. p̄uicere tribuni denunciando impedituros se dilectum.
Ut quinctius consul de bello ad populū ferr̄ & omnes centuriae iussere
In eo quoq; plebs superior fuerit. quod tenuit. Ne consules in p̄ximū annū

c̄ feciales

crearentur; tribuni militum consulari potestate quatuor creati. q̄ poe
nus & consulatu centurio furius. m̄ postumius. A̅. cornelius cossus.
ex his cossus p̄ fuit urbi. tres dilectu habito profecti sunt. Ueios. docu
mento que fuere quam plurimum imperium bello inutile eēt tenen
do ad sua quisq; consilia cum aliud alii uideretur aperuerunt ad oc
casionem locum hosti. in certam namq; aciem signum aliis dari recep
tui aliis cani uibentib; inuasere oportune ueientes. castra ꝓpinqua tur
batos acterga dantes accepere. plus itaq; ignominiae quam cladis ē
acceptum. maesta ciuitas fuit. nunci insueta. odisse tribunos poscere
dictatorem in eo uerti spes ciuitatis & cum ibi quoq; religio obstaret
ne non posset nisi ab consule dici dictator augures consulti eam reli
gionem exemere. Aulus cornelius dictatorem. m̄. aemilium dixit.
& ipse ab eo magister aequitum ē. dictus. ad eo simul fortuna ciuita
tis uirtute uera eguit. nichil censoria animaduersio effecit. quo
minus regimen rerum ex notata indigne domo pet eretur; ueientes
re secunda elati missis circum etruriē populos legatis iactando tres
duces. R̄. ab se uno proelio fusos. cum tam̄ nullā publici consilii socie
tatem mouissent. uoluntarios undique ad spem p̄de asciuerunt. Uni
fidenatium populo rebellare placuit. Et tamquam nisi abscelere
bellum ordiri nefas &c. sicut legatorum antea ita tum nouorum
colonorum cede in butis armis ueientib; sese coniungunt, consulta
re inde principes duorum populorum ueios an fidenas sedem bel
li caperent. fidene uisae oportuniores; itaq; traiecto tiberi ueientes
fidenas transtulerunt bellū; Romae terror ingens erat. accito exerci
tu aueis eoq; ipso obrem male gestam ꝑculsa castra locantur. Ante por
tam collinam. & in muris armati dispositi & iusticium in foro tabneq;
clause fuerūt; Omnia castris quam urbi similiora. cū trepidam ciuitatē
p̄conib; ꝑuicos dimissis. dictator ad con tionē ad uocatam increpuit.
quod animos ex tam leuib; momentis fortune suspensos gererent. ut
parua iactura acceptaq̄ ipsa non uirtute hostiū nec ignauia romani
exercitus sed discordia imperatorum accepta sit. Ueientem hostem exi

et uictum ꝑtimescant. fidenasque prope saepius captas quam oppug
natas. eosdem & romanos & hostes eē qui ꝑtot secula fuerint. eosdem
animos easdem corporis uires eadem arma gerere. se qq̄ eundem dic
tatorem m̄ aemilium eē qui ante ueientium fidenariūq; adiunctis
faliscis ad nomentum exercitus fuderit. & magistrum equitū A.
corneliū eundem inaciae fore qui priore bello tribunus militum
larte tolumnio rege ueientium inconspectu duorū exercituū occi
so spolia opima iouis feretrii templo intulerit. pro inde memores
secum triumphos secum spolia secum uictoriam eē. cum hostib; sce
lus legatorum contra ius gentium interfectorum caedem in pace fi
denatium colonorum inducias ruptas septimam infelicem defectio
nem arma caperent. simul castra castris coniunxissent satis confi
dere. nec sceleratissimis hostib; diuturnum ex ignominia exerci
tus romani gaudium fore & P. R. intellecturū quanto melius de
re p̄ meriti sint. qui se dictatorem tercium dixerint quam eos qui
obereptum censure regnum labem secundae dictaturae suae im
posuerunt; Uotis deinde nuncupatis profectus. mille ꝛ qngentos M. & A. passus
citra fidenas castra locat. dextra montib; leua tiberiam ne septus. t̄.
quinctium poenum legatum occupare montes iub&. occultumque
id iugum capere. quod abtergo hostib; for&. ipse postero die cum etrus
ci pleni animorum ac pristini diei meliore occasione quā pugna in a
ciem processissent. Cunctatus parumꝑ dum speculatores referrent
q̄ euasisse in iugum propinquum arci fidenarum signa profert:
Peditumq; aciem instructam pleno grandu in hostem inducit. magis
tro aequitum p̄cipit. ne in iussu pugnam incipiat. secū opus sit eques
tri auxilio signum daturum. tum ut memor regiae pugnae me
mor opimi doni romuliq; ac iouis feretrii rem gerer&; legiones
impetu ingenti confligunt. romanus odio accensus impiū fide
natem p̄donem ueientem ruptores induciarū cruentos legatorū
infanda cede resꝑsos sanguine colonorum suoꝝ ꝑfidos socios in
belles hostes conpellans. factis simul dictisq; odiū expl&. Con

cusserat primo statim congressu hostem. cum repente pate factis fi
denarum portis noua erumpit acies inaudita ante id tempus inuisita
taq; ignib; Armata ingens multitudo facib; q; ardentib; tota collu
cens uelut fanatico instincta cursu ī hostem ruit. formaq; insolite pug
nę romanos parump exterruit; Tum dictator magistro equitum equi
tib; q; tum ex montib; q̄ accito p̄lium ciens ipse in sinistrum cornu quod in
cendio similius quā p̄lio t̄ritum cesserat flammis accurrit. claraque uoce
fumone uicti inquit uelut examen apium loco ur̄o exacti inermi cede
tis hosti: non ferro extinguitis ignes: non faces has ipsas pro se quisque
si igni non telis pugnandum ereptas ultro inferetis. Agite nominis
romani ac uirtutis patrum ur̄e q; memores uertite incendium hoc in
hostium urbem. & suis flāmis delete fidenas. quas ur̄is beneficiis placa
re non potuistis. legatoꝝ hoc uos ur̄oꝝ colonoꝝ q; sanguis uastatiq;
fines monent. Ad imperiū dictatoris mota cuncta acies. faces partim
emisse excipiuntur. partim ui eripiuntur; utraq; acies armatur igni
magister equitum & ipse nouat pugnā equestrem. frenos ut detrahant
equis imperat; Et ipse princeps calcarib; subditis euectus ęquo inme
dios ignes infertur. & alii concitati aequi libero cursu fer̄ ęquitē in hostē;
Puluis elatus mixtusque fumo lucem ex oculis uirorum ęquorūq; aufert;
Eaq̄ militem terruerat species. nichil terruit equos. Ruine igitur simi
lem stragem eques quacumq; ꝑuaserat dedit. clamor deinde accidit
nouus qui cum utramq; mirabundam in se aciem uertisset. Dictator
exclamat quinctiū legatū & suos abtergo hostem ad hortos. ipse re
dintegrato clamore infert acrius signa, cum duae acies duo diuersa
proelia circumuentos & ruscos & a fronte & abtergo urgerent. neque
in castra retro neq; in montes, unde se nouus hostis obicerat iter fugę
eēt. q equitē passim liberi frenis dispulissent equi. ueientiū maxima
pars tiberim effusi petunt. fidenatium qui sup̄sunt ad urbem fidenas ten
dunt. infer̄ pauidos fuga in mediam caedem. obtruncantur in ripis;
Alios in aquā cōpulsos gurgites ferunt. & iam peritos nandi lassitudo
& uulnera & pauor degrauant. pauci ex multis tranant. alterū agmen

ferrur per castra urbem eadem & romanos sequentes impetus rapit.
quinctium maxime & cum eo digressos modo demonstrabat recentissimum
ad laborem militem qe ultimo p̃lio aduenerat. Hũ p̃quam mixti hosti
b; postram intrauere in muros in uadunt. fusq; capta oppidi signũ
ex muro tollunt. Quod ubi dictator conspexit. tamen ipse inde
serta hostiũ castra penetrauerat. cupientem militem dissuere ad
p̃dam spe in recta maioris urbe praede ad portam ducit. receptus
que intra muros in arcem quo ruere fugientium turbam uidebat pgit;
Hec minor caedes urbe donec ab iectis armis nichil p̃ter uitam
petentes dictatori dederunt. urbs castra q; diripiuntur. Postero die
singulis capitis ab equite ad centurionem sorte ductis. & quorum
exima uirtus fuerat bonis aliis sub coronam uenditis exercitum ingẽ
torem opulentumq; p̃da triumphans Dictator romam reduxit.
iussoq; magistro equitum abdicare se magistratu ipse deinde ab
dicat die sexto decimo reddito in pace imperio qd in bello cepitisq;
reb; acceperat; Classib; quoq; ad fidenas pugnatum cũ ueientib;
quida annales reculere. rem aeque difficilem ad q; incredibilem
nec nunc laco satis ad hoc animẽ & cum aliquanto ut aueteris ac
cepimus arrore. nisi in ratis ex tu forte fluminis q̃ hibendo aliquarũ
nauiũ concursu in maius ut fit celebrantes nauales uictoriae uanũ titulũ
appetiuere; n sequens annus tribunos militares consulari potestate
habuit. A. sempronii ã tribunũ L. q̃. cincinnatũ l. furii medullini. L. ? Amacinum
horatii barbati. ueientib; anno. xx. in dictae dare & aequis triennio
cũ pluriũ annorũ pacis sent; & a seditionib; urbanis otium fuit. annũ
in sequentem neq; bello fortis neq; domi seditione insignem ludi bello
uoti celebrem & tribunorum militũ apparatu & finitimorũ concursu
fecere; tribuni consulari potestate erat claudius crassus. sp̃ neuius
rutilius t. sergius fidenas. sex iulius cullius spectaculũ comitate
& iam hospitum adquam publico consensu uenerant ad ueios gra
tius fuit. Post ludos contiones seditiosae tribunorũ plebi fuerunt.
oburgantiũ multitudinẽ qd ammiratione eorũ quos odissent

stupens in aeterno se ipsa tenere seruitio. & non modo ad spem
consulatus in partem reuocandam aspirare non audere sed ne
in tribunis quidem militū creandis que communia eēnt comitia
patrum ac plebis ac sui ac suorū meminisse. Desinere ergo mira
ri cur nemo de cōmodis plebis agere. eo impendi laborem ac peri
culum unde emolumentū atq; honos speretur. nichil non aggres
suros homines si magna conatis magna p̄mia proponantur. ut
quidem aliquis t̄s R̄. pt. ruat cetus in certamina. periculo ingenti
fructu nullo ex quib; procerto habeat patres aduersus quos tende
re. bello inexpiabili se p̄secuturos apud plebem p̄ qua dimicaue
rit. nichilo se honoratiorem fore. neq; sperandū neq; postulandū
eē. magnos animos magnis honorib; fieri. neminem se plebeium
contempturum ubi contemni desissent. experiendam rem. Deniq;
in uno aut altero sese fit ne aliquis plebeius ferendo magno hono
ri. portento simile miraculo q; si fortem ac strenuum aliquē
existere ortum ex plebe crederetur. summa ui expugnatū eē.
ut tribuni militū consulari potestate & ex plebe crearentur. Pe
tisse uiros domi militieq; spectatos. primis annis. suggillatos
repulsos. risui patrib; fuisse. desisse postremo p̄bere ad contu
meliā os. nec se uidere cur non lex quoq; abrogetur. qua id li
ceat. quod nunquam futurum sit. minorem quippe ruborem
fore in uiris iniquitatē quam si p̄ indignitatem ipsorum p̄terean
tur; huius generis orationes cum ad sensu audite incitauere quos
dam ad petendū tribunatū militū. aliū alia de cōmodis plebis
laturum se in magistratu profitentem. agri p̄ublici diuidendi.
coloniarum que deducendarū. ostentato spes. & uectigali posses
sorib; agrorum in posito in stipendium militū erogandi aeris;
Captatum deinde tempus ab tribunis militū quo p̄ discessū homi
nū a urbe cum patres clam destina denuntiatione reuocati
ad diem certam essent senatus consultum fiere absentib; tribu
nis plebis. ut qm̄ uolscos in hernicorū agros p̄ datum exisse fama

&c. ad rem inspiciendam tribuni militum proficiscerentur; Consu
lariaq; comitia haberentur; profecti appium claudium filium xui
ri p̄fectum urbis relinquunt in pigrum iuuenem & iam inde ab in
cunabulis imbutum odio tribunorum plebisq; tribuni plebis nec
cum absentib; ius qui sc̄ fecerant nec cū appio transacta re qd̄ conten
tenderent fuit. Creati consules sc̄ sempronius atratinus q. fabi
us iubulanus, peregrinares sed memoriae digna traditur eo an
no facta uulturnū & ruscorum urbē quae nunc capua ē. ab san
nitib; captam. capuamq; abduce eorū capio uel qd̄ ꝓpius uero ē
a campestri agro appellatam coepere autem prius bello fatiga
tis & ruscis in societatem urbis agrorum acceptis. Deinde festo
die graui somno epulisq; incolas ueteres noui coloni noctur
na cede adhorti; his reb; actis cons̄ hi quos diximus idibus de
cembris; magistratū accepere; am non solum qui adid
missi erant retulerunt imminere uolscum bellū sed legati
quoq; ab latinis & hernicis nunciabant. Non ante umquā
uolscos nec ducib; legendis nec exercitus scribendo intentio
res fuisse, uulgo fremere aut in ꝑp & uium arma bellumq; obli
uioni danda iugumq; accipiendum aut his cum quib; de im
perio certetur nec uirtute nec pacientia nec disciplina rei mili
taris caedendum eē. Haud uana attulere sed nec ꝑinde pa
tres moti sunt &c. sempronius cui ea prouintia sorti euenit.
tamquam constantissime rei fortune fretus qd̄ uictoris po
puli aduersus uictos duxisse omnia temere ac negligenter egit.
adeo ut discipline romanae plus in uolsco exercitu quā in ro
mano &c. tergo fortuna ut sepe alias uirtutem ē secuta. primo
proelio quod a sempronio incaute inconsulteq; cōmissum ē.
non sub sidiis firmata acie non equite apte locato concursū
ē; Clamor inditium primum fuit. qua res inclinatura
&c. excitacior crebriorq; ab hoste sublatus. ab romanis dis
sonus in par segnius saepe iteratus. incerto clamore pro di

dit pauorem animorum. eo ferocior illatus hostis urgere scutis
micare gladiis. altera ex parte nutant circumspectantib; galeae
& incerti trepidant applicant q; se turbe, signa nunc resisten
tia deseruntur ab ante signanis nunc int̄ suos manipulos reci
piuntur. Nondum fuga certa nondum uictoria erat tegi
magis romanus quam pugnare uulsci inferre signa urgere
aciem. plus cedis hostium uidere quam fuge. Iam in omnib; locis
ceditur. ne quicquam sempronio consule obiurgante atq; hortan
te. nichil nec imperium nec maiestas ualebat. data que mox terga
hostib; forent. ni sextus tempanius decurio aequitū labente iam
re p̄senti animo subuenisset. qui cum magna uoce exclamasset ut
equites qui saluam rem p̄ uellent ee ex equis desilirent. omniū turma
rū equitib; uelut ad consulis imperium motis. nisi haec inquit
armata cohors sistit impetum hostium actum de imperio est.
sequimini p̄uexillo cuspidem meam. ostendite romanis uolscis
q; Neque equitib; uobis ullos equites nec peditib; ee pedites
pares; cū clamore comprobata adhortatio esset uadit alte cuspidē
gerens. qua cumque incedunt. ui uiam faciunt. eo se inferunt
obiectis parmis ubi suorū plurimum laborem uident. restituunt
omnib; locis pugnā quae eos impetus tulit. nec dubium erat
quin si tam pauci simul obicere omnia possent. terga daturi hos
tes fuerint. & cum iam parte nulla sustinerentur. dat signū uols
cus imperator ut parmatis nouae cohorti hostiū locus detur.
donec impetu illatis ab suis excludantur. Quod ubi ē factū
int̄clusi aequites nec prorumpere eadem qua transierant posse.
ibi maxime confertis hostib; qua uiam fecerant; & consul legionesq;
romane cum qd̄ tegumen modo omnis fuerat. nusquā uiderent ne
tot fortissimos uiros int̄clusos opprimeret hostis. Tendunt in quem
cumq; casum. diuersi uolsci hinc consulem ac legiones sustinere. al
tera fronte instare tempanio atq; aequitib;. qui cum saepe conati
nequissent p̄rumpere ad suos tumulo quodam occupato in orbem se

c̄ obire

tutabantur nequaquam inulti nec pugnae finis ante noctem
fuit; Consul quoq; nusquam remisso certamine dum quicquam
sup fuit lucis hostem tenuit. Nox incertos diremit. tantusq; ab in
prudenti euentu utraq; castra tenuit pauor. ut relictis sauciis &
magna parte impedimentorū ambo pruictis exercitus se in montes
pximos reciperent. tumulus tamen circumsessus ultra mediam ē noc
tem; Quo cum circūsedentib; nunciatū eēt. castra deserta eē. uictos
rati suos & ipsi qua quemq; in tenebris pauor tulit fugerunt. tempa
nius metu insidiarum suos ad lucem tenuit Digressus deinde ipse.
cū paucis speculatū cū ab sauciis hostib; sciscitando conperiss & castra
uolscorū deserta eē. laetus ab tumulo suos deuocat. & in castra romana
penetrat. ubi cum uasta deserta q; omnia atq; eandem quā apud hos
tes foeditatem inuenissē. priusquā uuolscos cognitus error reducerē.
quib; poterat sauciis ductis secum ignarus quā regionem consul petis
s & ad urbem pximis itinerib; pgit; Iam eo fama pugnae aduerse cas
trorūq; desertorum plata erat. & ante omnia deplorati erant. equi
tes non priuato magis quam publico luctu. fabiusq; consul terrore ur
bi quoq; iniecto stacionem ante portas agebat. Cum equites pro
cul uisi non sine terrore ab dubiis qui nam eēnt mox cognitis tantam
ex metu leticiam fecere. ut clamor urbē puaderē gratulantiū sal
uos uictoresq; redisse equites. & ex maestis paulo ante domib; quae
conclamauerant suos pcurreretur in uias. pauidaeq; matres ac con
iuges oblitae pgaudio decoris obuiam agmini occurrerent. in suos
quaeq; simul corpore atq; animo uix pgaudio compotę effusae;
Tribunis pt. qui m̄ postumio &c. t. quinctio diem dixerant quod ad
ueios eorū opera male pugnatum eēt Occasio uisa ē precens odiū
sempronii consulis renouandae in eos inuidiae. Itaq; aduocata
contione cū proditam ueis rem p. eē ab ducib; proditū deinde quia
illis in pune fuerit in uolscis ab consule exercitum. traditos ad cędē
fortissimos equites deserta sede castra uociferati eēnt. c. iulius unus
ex tribunis tempaniū aequitem uocari iussit. coramque ei sexte
tempani inquit quaero dete arbitreris negauim sempronium consulē

aut in tempore pugnam misse aut firmasse subsidiis aciem. aut
ullo boni consulis functum officio. & tunc ipse uictis legionib;
romanis tuo consilio equitem ad pedes deduxeris. restitueris q;
pugnam excluso. deinde ab acie nrã tibi atque equitib; Num
aut consul ipse subuenerit aut miserit p̃sidium: Postero
deniq; die eccq̃d presidij us quam habueris. antu cohors q; in
castra urã uirtute ꝓruperitis. & quem in castris consulem & quẽ
exercitũ inueneritis. an deserta castra relictos saucios milites.
haec ꝓuirtute tua fide q; qua una hoc bello res. p̃. stetit
dicenda tibi sunt hodie. deniq; ubi c̃ sempronius ubi legio
nes nrãe sint. desertus sis an deserueris consulem exercitumq;
uicti deniq; simus an uicerimus. ad uersus hec tempanio ra
tio incompta fuisse dicitur. ceterum militaris grauis. non su
is uana laudib; non crimine alieno l&a. quanta prudentia
rei bellice in c̃ sempronio & & non militis de imperatore exis
timationem eẽ sed. p̃. R̃. fuisse cum eũ comitis consulem legere &;
Itaque ne abse imperatoria consilia neu consulares artes ex
quirerent. quae pensitanda quoq; magnis animis atq; inge
niis eẽnt. sed quod uiderit referri posse. Uidisse autem se pri
us quã ab acie intercluderetur. Consulem in prima acie pug
nantem. adhortantem. inter signa romana telaq; hostium
uersantem. postea se a conspectu suorum ablatum extrepitu
tamen & clamore sensisse usq; ad noctem extractũ certamen
nec ad tumulum quem ipse tenuerat. prae multitudine hosti
um credere ꝓrumpi potuisse. exercitus ubi esset senes scire ar
bitrari. uelut ipse in re trepida loci p̃sidio se suosq; sit tutatus
sic consulẽ seruandi exercitus causa loca tutiora castris coepis
se. nec uolscorũ meliores res eẽ credere quã populi. R̃. fortunam
noctemq; omnia erroris mutui implesse p̃cantemq; deinde
Nese fessũ labore ac uulnerib; tenerẽt. Cũ ingenti laude non
uirtutis magis quam moderationis dimissũ. Cũ haec agerent
iã consul uia lauicana ad fanũ quietis erat. eo missa plaus

tra

iumenta q; alia aburbe exercitum ad fectum proelio
ac uia nocturna excepere; paulo post inurbem ē in
gressus consul non abse magis enixe amouens cul
pam. quam tempanium meritis laudib; ferens; Me
ste ciuitati abre male gesta & initae ducib; m̄ pos
tumius reus obiectus. qui tribunis militum ꝓ consu
le aduenos fuerat. decem milib; aeris grauis dampna
tur. t. quinctium collegam eius quia & in uolscis
consul auspitio dictatoris postumi tuberti & ad fi
denas legatus dictatoris alterius m̄ aemili res pros
pere gesserat totam culpam eius temporis in p̄damna
tum collegam transferentem omnes trib; absoluerunt.
profuisse ei cincinati patris memoria dicitur uenera
bilis uiri & exacte iam aetatis. capitolinus quinctius sup
pliciter orans ne se breui reliquo uite spatio tam tristē
nuntium ferre ad cincinnatū paterentur; Plebs tribu
nos plebi absentes sextum tempanium A. sellium &
antistium & spurillium fecit quos & pro centurionib;
sibi p̄ fecerant; tempanio auctore equites senatus cum odio
sempronii consulare nomen offender & tribunos militum
consulari potestate creari iussit. Creati sunt L. mani
lius capitolinus. q̄ antonius merenda. L. papirius mu
gilianus. Principio statim anni L. hostensius. tr̄ pl.
c. sempronio consuli anni prioris diem dixit. quem cum qua
tuor college inspectante populo R̄ orarent. ne impera
torem suum innoxium in quo nichil p̄ter fortunam re
p̄hendi poss & uexar & egre hostensius pati temptacionē
eam credens eē ꝑseuerantiae suę nec p̄cib; tribunorum quę
in speciem modo iactentur sed auxilio confidere. reum ita
q; modo ad eum conuersus ubi illi patricii spiritus ubi
sub nixus & fidens innocentiae animus &c̄. quaerebat

sub tribunicia umbra consularem uirũ delituisse. modo ad
collegas. Vos autem si reũ pago quid acturi estis? an ereptu
ri ius populo & euersuri tribunitiam potestatem? cũ illi &
de sempronio & de omnib; summã P R potestatem eẽ dice
rent. nec se iuditium populi tollere aut uelle aut posse.
sed si preces suae pro imperatore qui sibi parentis esset lo
co non ualuissent se uestem cum eo mutaturos. Tum hor
tensius: Non uidebit inquit plebs romana sordidatos tri
bunos suos c. sempronius nichil moror quando hoc ẽ in im
perio consecutus ut tam carus eẽt militib; nec pietas uni nor tri
bunorum quam hortensius tam placabile ad iustas p̃ces inge
nium pariter plebi patribusq; gratius fuit: Non diutius
fortuna equis indulsit qui ambiguam uictoriam pro sua
amplexi fuerant. pximo anno cñm. fabio uibolano t. quinc
tio. capitolino filio capitulini cons. Ductu fabi cui sorte ea
pruntia euenerat nichil dignum memoratu actum. cũ trepi
dam tantum ostendissent aciem aequi turpi fuga fundun
tur. haud magno consulis decore: Itaq; triumphus negat.
ceterum ob sempronianae cladis leuatam ignominiam ut ouans
urbem intrare concessum est; Quem admodum bellum minore
quam timuerant dimicatione erat pfectum sic in urbe extran
quillo nec opinata moles discordiarum inter plebem ac patres
exorta est. Coepta a duplicando questorum numero. quam rem
p̃ter duos urbanos questores duo qui consulib; ad ministeria bel
li presto eẽnt a consulib; relatam. Cum & patres summa ope appro
bassent a consulib; tr̃ pl certamen intulerunt. ut pars questorum
Nam id tempus patricii creati erant. ex plebe fieret. Aduersus
quam accionem primo & cons & patres summa ope adnisi sunt.
concedendo deinde ut quem admodum in tribunis consulari
potestate creandis usi sunt. id aeq; in questorib; liberum esset
arbitrium populi; Cum parum pficerent. totam rem de augen

Too

questorum numero omittunt; Excipiunt omissam tribuni
aliaeq; subinde inter quas & agrariae legis seditiose actiones
existunt; Propter quos motus cum senatus cons. quam tribunos crea
ri malle. neq; posse per intercessiones tribunicias sm̄ c. fieri res p.
a consulib; ad inter regnū neq; id ipsum nam coire patricios
tribuni prohibebant. sine certamine ingenti redit. Cum pars
maior insequentis anni per nouos tribunos plebis & aliquot in
ter reges certaminib; extracta esse. modo prohibentib; tri
bunis patricios coire ad prodendum inter regem modo inter
regem interpellantib; ne sc̄m c. de comitiis consularib; facere &
postremo l. papirius mugilanus proditus inter rex casti
gando nunc patres nunc tribunos plebis desertam omissamq;
ab hominib; rem p. deorum prouidentia curaque exceptam
memorabat ueientib; in duciis & cunctacione ac quorum
stare. Vnde si quid insit epat terroris sine patricio magis
tratu placere rem p. opprimi. non exercitum non ducem
scribendo exercitu eē an bello intestino bellum externū
propulsaturos. quae si inunum conueniant. uix deorum
opib; quī obruatur romana res resisti posse. quin illi re
mittendo de summa quisq; iuris mediis copularent con
cordiam. patres paciendo tribunos militum pro consulib;
fieri tribunos plebis non intercedendo quo minus quatuor
questores promiscue de plebe ac patrib; libero suffragio po
puli fierent. Tribunicia primum comitia sunt habita;
Creati tribuni consulari potestate. omīs patricii. l. quinc
tius cincinnatus. tercio sex furius medullinus. iterum
marcus mallius. a. sempronius atratinus. hoc tribuno co
mitia questorum habente petentib; q; inter aliquot
plebeios filio antistii tribuni plebis & fratre alterius
tr̄ pl sexti populi nec potestas nec suffragatio horum
ualuit. Quin quorum patres auosq; cons. uiderant eos

nobilitate pferrent. furere omnes tribuni plebis
ante omnes polius antistiusque repulsa suorū
accensi quid nam id rei esset. Quod non suis bene
ficiis non patrum iniuriis. non denique usurpan
di libidine cum liceat quo ante non licuerit si non
tribunum militarem ne questorem quidem quemquā
ex plebe factum non ualuisse patris pro filio fratris
pro fratre preces. tribunorum plebis potestatis sacro
sancte ad auxilium libertatis create. fraudem pfec
to in re eē et aulium sempronium comitiis plus artis
adhibuisse quam fidei. eius iniuria queri suos ho
nore deiectos; Itaque cum in ipsum et innocentia tu
tum et magistratu in quo tunc erat impetus fieri
non posset flexere iras in c. sempronium patruelem
atratini. eique obignominiam uulsci belli adiutore
collega marco canuleio diem dixere; subinde abisdem
tribunis mentio in senatu de agris diuidendis illa
ta est. cui actioni semp acerrime c̄ sempronius res
tit erat. ratus id quod erat aut deposita causa le
uiorem futurum apud patres reum aut pseueran
tem sub iudicii tempus plebem offensuram. aduer
sae inuidiae obici maluit et suae nocere causae quā
publicae de eē. Stetitq; in eadem sententia ne
qua largitio cessura in trium gratiam tribunorum
fieret. nec tum agrum plebi sed sibi inuidiam queri.
se qq̄ subiturum eam tempestatem forti animo. nec
senatui tanti se ciuem aut quemquam aliū debere
eē ut in partendo uni malum publicum fiat. nichilo
demissiore animo cum dies uenit causa ipsa ipse prose
dicta ne quicquam omnia expertis patrib; ut mitiga
rent plebem xv milib; aeris damnatur; Eodem

anno postumiana uirgo uestalis de incestu cau
sam dixit. crimine innoxia obsuspitionem propt̄
cultum amoeniorem ingeniumq; liberius quam uir
ginem decet parum aborrens famam ampliatam.
de inde absolutam pro collegii sententia ponti
fex maximus abstinere iocis coliq; sancte po
tius quam scite iussit; Eodem anno a campanis
cū aequam greci tum urbem tenebant capiuntur;
Insequens annus tribunos mil. consulari potestate
habuit agrippam menenium lanatum p̄ lucretiū
tricipitinū sp̄ nautium. annus felicitate. p.R̄ peri
culo potius ingenti quam clade insignis. seruitia
urbem ut incenderent distantib; locis coniurar̄ po
pulo q; ad opem passim ferendam tectis intento ut ar
cem capitoliumq; armati occuparent. auertit ne
fanda consilia iuppiter. in dicio q; duorum conpre
hensi sontes poenas dederunt. in dicib; denamilia
grauis aeris quae tum diuitię habebantur. ex ae
rario numerata. & libertas p̄mium fuit. bellum
inde ab aequis reparari coeptum. & nouos hostes
lauicanos consilia cum ueterib; iungere haud
incertis auctorib; romam ē ad latum aequorum
iam uelut aduersariis armis adsueuerat ciuitas. la
uicos legati missi cum responsa inde retulissent du
bia quib; nec tum bellum parari nec diutur nam pacē
fore apparere. tusculanis negotium datum aduerte
rent animos nequid noui tumultus lauicis oriretur.
ad insequentis anni tribunos militum consulari po
testate inito magistratu legati ab tusculo uenerunt.
l. sergium fidenatem cū papirium mugilanū. c.
seruiliū prisci filium. quo dictatore fidene cap

te fuerant. Nunciabant legati lauicanos arma coe
pisse. & cum aequorum exercitu depopulatos agrū
tusculanū castra in algido posuisse. tum lauicanis
bellum indictum. facto que. sc̄ ut duo ex tribunis
ad bellum profiscis cerentur unus res romae curaret.
Certamen subito inter tribunos exortum. se quisq;
belli ducem potiorem. ferre curam urbis ut ingratā
ignobilemq; aspnari. cum parum decorum int̄ col
legas certamen mirabundi patres conspicerent. Quin
tus seruilius. Quando nec ordinis huius ulla inquit
[illegible] nec rei p̄ est uerecundia
patria maiestas alt̄cacionem istam dirimet. filius me
us extra sortem urbi p̄erit. bellum utinam qui appe
tunt consideratius concordiusq; quam capiunt gerant.
Dilectum haberi Non ex toto passim populo placuit. de
cem trib; sorte ducte sunt. ex his scriptos iuniores duo
tribuni ad bellum duxere; Coepta inter eos in urbe cer
tamina cupiditate eadem imperii multo inpensius in cas
tris accendi. nichil sentire idem. p̄ sentencia pugnare
sua consilia uelle. sua imperia solarata eē. Contemp
nere inuicem & contempni. donec castigantib; legatis
tandem ita comparatum ē. ut alternis dieb; summam
imperii haberent. Quae cum allata romam eēnt. dicit̄
q̄. seruilius aetate & usu doctus p̄catus ab diis inmor
talib; ne discordia tribunorum damnosior rei p̄. eēt
quam ad ueios fuisset. & uelut haud dubia clade in
minente institisse filio ut milites scriberet. & arma
pararet. Nec falsus uates fuit; Nam ductu l. cuius
dies imperii erat. loco in quo sub hostium castris cum
qua simulato metu reciperat se metu hostis ad uallū.
spes uana expugnandi castra eo retraxisset. repentino

impetu equorum p supinam uallem fusi sunt multi que
in ruina maiore quam fuga oppressi obruncati que
castra q; eo die aegre retenta. postero die circumfusis
iam magna ex parte hostib; p auersam portam fu
gantpi deseruntur; ducesq; legati q; Et quod circa
signa roboris de exercitu fuit. tusculum petiere. palati
alii p agros passim multis tumentib; maioris quam accep
ta erat cladis nuntii romam contenderunt. minus trepi
dationis fuit quod euentus timoribus omnium congruens
fuerat. & quod subsidia quae respicerent inre trepidam
pparauerant. ab tribuno militum tussu q; eiusdem primo
res magistratus sedato urbe tumultu speculatores
prope remissi nunciauere tusculi ducem exercitum que ee.
hostem castra loco non mouisse. et quod plurimum animo
ru fecit dictator ex ic dictus. q. sulpicius priscus ur cuius
prudentia inre p cum multis aliis tempestatib; ante expta
cuitas erat cum euentu eius belli quo dum certamen tribu
norum suspectum ante rem male gestam fuerat magis
tro equitum creato aquo ipso tribuno militum dictator
erat dictus. filio suo uti tradidere quidam. Nam alii ahalam
seruilium magistrum equitum eo anno fuisse scribunt. no
uo exercitu p fectus ad bellum accitus qui tusculi erant
ii milia passuum ab hoste locum castris coepit. transie
rat exre bene gesta superbia negligentia q; ad aequos
que in romanis ducib; fuerat; Ita que primo statim plo
cum dictator equitatu ante signa nostrorum hostium turbas
& legionum unde signa inferri propere iussit; sig
niferum que ex suis unum cunctantem occidit. tantus
ardor ad dimicandum fuit ut imperium aequi non tule
rint; Ubi tu q; acie cum fuga effusa petissent castra bre
uiore tempore & certamine minor castrorum oppugnatio

fuit quam plum fuerat; Captus direptus q; castris cum
predam dictator militi concessisset. secuti que fugien
tem ex castris hostem equites renunciassent. Omnes
Lanuinos uictos magnam partem aequorum labicos
confugisse. Postero die ad labicos ductus exercitus.
oppidum que corona circundata. scalis captu ac direp
tum e. dictator exercitu uictore romam reducto. die
octauo quam creatus erat magistratu se abdicauit. et
oportune senatus prius quam ab tribunis plebi agrarie
seditionis mentione illata de agro Lanuino diuiden
do fierent. censuit frequens coloniam labicos dedu
cendam. colon ab urbe mille & quingenti missi. bina
iugera acceperant. Captus Lanuis ac deinde cu militu
consulari potestate agrippa menenio lanato & l.
seruilio structo & p lucretio tricipitino. iterum om
nib; his & spurio ruttilio grasso. et insequente anno
a sempronio atratino tercium & duob; iterum m pa
purio mugilano. & sp nautio rutilio. biennium tran
quille externe res discordia domi exagrarius legib;
fuit; Turbatores uulgi erant sp mecilius quarto &
mecilius tercio cu pl. abo absentes creati. Et cu rogatio
nem promulgassent ut ager ex hostib; captus uiritim
diuideretur. magne q; partis nobiliu eo plebi scito pu
blicarentur fortune. Necenum ferme quic qua agri
ut urbe alieno solo posita non armis partum erat. Ne
quod uenisset ad signatum ue publice eet p quam plebs
habebat. atrox plebi patrib; que propositum uidebatur
certamen. nec tribunu militu nunc in senatu nunc in con
silius priuatis principu cogendis uiam consilio inue
niebant. Cu appius claudius ne posset qui decem uir legib;
scribendis fuerat. minimus natu ex patrum concilio dicit

dixisse. uetus se ac familiare consilium domo afferre.
Pro auum enim suum appium claudium ostendisse pa
trib: uiam unam dissoluende tribunicie potestatis
p collegarum intercessionem. facile homines nouos auc
toritate principum de sentencia deduci si tempo
rum interdum potius quam magistratis memor
adhibeatur oratio. pfortuna illis animos eē ubi
uideant collegas principes agende rei gratiam
omnem ad plebem p occupasse. Nec locum inea re
lictum sibi. haud grauate ac clinaturos se ad causam
senatus. p quam uniuerso ordini cum primorib; se pa
trum concilient; approbantib; cunctis & ante omis
quinto seruilio prisco quod non degenerasse & abs
tirpe claudiana col laudante iuuenem negotium
datur ut quos quisq; posse & ex collegio tribunorum
ad intercessionē pellicerent; misso senatu prensant
ab principib; tribuni. suadendo po cendo q; gratū
id singulis priuatim gratum uniuerso senatui fore
sex ad intercessionem comparauere; Postero que diae
cū ex cōposito relatum ad senatū eēt de seditione quā
metilius metiliusque largitione pessimi exempli con
cirent, ee orationes a primorib; patrum habite sunt
ut p se quisq; iam hoc consilium sibi suppetere dice
re &. nec se ullam opem cernere aliam usquam p̄ter
quam tribunitio auxilio in eius potestatis fidem
circumuentam rem p̄ tamquam priuatum inopē
confugere; Preclarum ipsis potestati q; eē non ad
uexandum senatum discordiam q; ordinum mo
uendam plus in tribunatu uirium eē quam adresis
tendum improbis collegis; fremitus deinde uniuer
si senatus ortus cum ex omib; partib; curia &

tribuni appellarentur. Tum silentio facto ii qui pre
parati erant gratia principum quam rogationē a col
legis promulgatā senatus censeat dissoluende rei
p̄ eē eis intercessuros ostendunt. gratiae intercessorib;
ab senatu actae; latores rogationis contione aduo
cata proditores plebis cōmodorum ac seruos con
sularium appellantes aliaque truci oratione incol
legas inuecti actionem deposuere; Duo bella in
sequens annus habuisset. quo p̄ cornelius cossus c̄ ua
lerius potitus quinctius cincinatus m̄ fabius uibula
nus tribuni militum consulari potestate fuerunt.
Ni ueiens bellum religio principum distulisset. Quo
rum agros tiberis sup̄ ripas effusus maxime ruinis
uillarum uastauit. simul aequos triennium ante ac
cepta clades prohibuit uolanis suę gentis populo p̄
sidium ferre. excursiones inde in confinem agrum
lauicanū factae erant. nouisq; colonis bellū illa
tū. quā noxam cum se consensu omniū aequorum de
fensuros sperassent. deserti ab suis ne memorabili qui
dem bello p̄ obsidionem leuemq; unam pugnā et oppidū
et fines amisere; Temptatum ab l. dexio. tr̄ pl. ut roga
tionem ferret. quauolas quoq; sicut lauicos coloni mit
terentur. p̄ intercessionem collegarum qui nullū plebi
scitum nisi ex auctoritate senatus passuros se ferri os
tenderunt discussum e; uolis insequente anno receptis
aequi colonia q; eo deducta nouis uirib; oppidum fir
mauerunt; Tribunis militū rome consulari potestate
cn̄ cornelio cosso l. ualerio petito q̄ fabio uibulano
iterum marco postumio regiliensi. huic bellum ad
uersus aequos p̄missū ē praeuementis homini. quam
tamen uictoria magis quā bellū ostendit. Nam

Uolā oppidū

exercitu in pigre scripto ductoq; ad uolas cū leuib;
p̄lius aequorum animos fregisse postremo in oppi
dum irrupit; Deinde ab hostib; in ciues certamen uer
tit. & cum inter oppugnationem p̄dam militis fore edi
xisse & capto oppido fidem mutauit. eam magis adducor ut
credam ire causam exercitui fuisse quam quod in urbe nup
direpta colonia que noua minus p̄dicatione tribuni p̄de
fuerit auxit eam iram; Post quam ab collegis arcersitus ꝓpter
seditiones tribunitias in urbem reuertit: Audita uox eius in con
tione stolida ac prope uecors. quam sextio tr̄ pl legem agrariā
ferenti simul uolas quoq; ut mitterentur coloni laturum se di
centi. dignos enim ēē qui armis coepissent eorū urbem agrūq;
uolanū ēē; Malum quidem militib; meis inquit si quieuerint.
quod auditum non contionem magis quā mox patres offendit;
& tr̄ pl uir acer nec infacundus nactus int̄ aduersarios sup
bum ingeniū in modicamq; linguā quā irritando agitandoq;
in eas in pellere & uocesque in uidie non ipsi tantū sed causae
atq; uniuerso ordini eēnt: Neminem ex collegio tribunorū
militū se pius quam postumium in disceptationem trahebat;
Tum uero secundum tam seuum atq; inhumanum dictum
auditis inquit quirites sicut seruis malum minantem militib;
Tamen haec belua dignior uob̄ tanto honore uidebitur quam
qui uos urbe agrisq; donatos in colonias mittunt. Qui sedem
senectuti urāe ꝓspiciunt qui ꝓuris cōmodis aduersus tam cru
deles sup̄bosq; aduersarios depugnant. In capite deinde mira
ri cur pauci iam urām suscipiant causam. quid ut a uobis spe
rent. An honores quos aduersarius uris potius quam p̄r̄ propug
natorib; datis. ingeniuistis modo uoce huius audita. Quid
id refert iam si suffragium detur hunc qui malum uobis
minatur iis qui agros sedesq; ac fortunas stabilire uolunt pre
feretis; Per lata haec uox postumij ad milites. multo in castris

maiorem indignationem mouit. p̄dae ne inter cepto
rem fraudatorem q; & iam malum minari militib;.
Itaque cum fremitus apte &c & questor p̄ sexti
us eadem uiolentia coerceri putaret seditionem
putaret posse qua mota erat. misso ad uociferan
tē quemdam militem lictore cum inde clamor
& uirgium oriretur saxo ictus turba excedit.
insup increpante qui uulnerauerat habere ques
torem quod imperator esset militib; minatus;
Ad hunc tumultum accitus postumius asperiora
omā fecit acerbis questionib; crudelib; supplicius.
Postremo cum motum irae nullum faceret ad uocife
rationem eorum quos necari sub grate uisserat.
concursu facto ipse ad interpellantis penam ue
cors de tribunali decurrit. ibi cum sub mouen
tes passim lictores centuriones que uexarent tur
bam eo indignatio erupit ut tribunos militum ab ex
ercitu suo lapidib; cooperiretur. Quod tam atrox
facinus post quam ē romam nunciatū tribunis mi
litū de morte college p̄senatum questiones decernentib; tr̄ pl
int̄cedebant. sed ea contentio ex certamine alio
pendebat. Quod cura int̄cesserat patres ne me
tu questionum plebs ira que tribunos militum ex
plebe crearet. Tendebant q; summa ope ut cons̄
crearentur. cum sc̄. fieri tr̄ pl non paterentur. idē
int̄cederent consularib; comitiis res ad inter
regnum redit. Victoria deinde penes patres fuit.
q̄ fabio uibulano inter rege comitia habente cons̄
creati sunt aulus cornelius cossus. furius medul
linus. his consulib; principio anni. sc̄. factum est
ut de questione postumianae caedis tr̄ primo

quoq; tempore ad plebem ferrent. plebes que p̄fi
cerē questioni quem uellē a plebe consensu po
puli consulib; negotium mandatur. qui summa
moderatione ac lenitate ꝑ paucorum supplici
um quos sibi mē ipsos conscisse mortem satis
creditum est trans acta re. ne qui uere tamen
consequi ut non egerrime id plebs ferrē iacere
tam diu irritas sanctiones quę de suis commo
dis ferrentur. cum interim de sanguine & supplicio
suo latam legem confestim exerceri & tantam uim
habere. aptissimum tempus erat uindicatis sedi
tionib; deleni mētum animis uolam agri diuisionē
obici. quo facto minuissent desiderium agrariae
legis que possessio ꝑ iniuriam agro publico pa
tres pellebat. Tunc haec ipsa indignitas angebat ani
mos. non in retinendis modo publicis agris. quos ut tene
rē ꝑtinacem nobilitatē ēē sed neuacuum quidem agrum
nuper ex hostib; captum plebi diuidere. mox paucis inter
cē era futurum p̄dae; Eodem anno aduersus uulscos
populantes hernicorum fines ducte a furio cons. cum
hostem ibi non inuenissent ferentinū quo magna mul
titudo uulscorum se contulerat coepere. minus p̄dę
quā speraverant fuit. quod uolsci p̄ quam spes tuendi
exigua erat. sublatis reb; nocte oppidum reliquerē;
Postero die prope desertum capitur. hernicis ipse ager do
no datus. annum modestia tribunorū quietum excepit
tr̄ pl̄ lucilius. q̄ fabio ambusto. c̄. furio pactilo cons. is
cū principio statim anni uelut pensum nominis fami
liae que agrarius legib; promulgandis cierē. pestilen
tia coorta minatior tamen quam ꝑniciosior cogitatio
nes hominū a foro certaminib; q; publicis ad domū cura

que corporum nutriendorum auertit. minusque eam damp
nosam fuisse quam seditio futura fuerit credunt. Defuncta
ciuitate plurimorum morbis ꝑ paucis funerib; pestilentem ino
pia annū frugum neglecto cultu agrorum ut plerumque fit acce
pit. m̄. papirio atratino c̄ nautio rutilio cons. Iam fames quam
pestilentia tristior erat; Ni dimissis circa omnes populos
legatis qui & ruscum mare quique tiberim accolunt ad fru
mentum mercandum annonae for& subuentum. supbe ab
samnitib; qui capuam habebant cumasq; legati prohibiti
cōmertio sunt. Contra ea benigne ab siculorum tirannis
aduiti. maximos cōmeatus summo & rurie studio tiberis
deuexit; solitudinem in ciuitate egra expti consules sunt.
cum in legationes non plus singulis senatorib; inueientes
coacti sunt binos aequites adicere p̄ter quā ab morbo anno
nāq; nichil eo biennio intestini externi ue incōmodi fuit;
Et tubi hę sollicitudines discessere omnia quib; turbari soli
ta erat ciuitas domi discordia. foris bellum exortum. m̄.
aemilio consul valerio potito cons. bellum aequi parabant.
uolscis quamquam non publico consilio capessentib; arma uo
luntariis mercede secutis militiam; ad quorum famam hos
tium iam enim in latinum hernicumque transcenderant
agrum. Dilectum habentem ualerium consulem m̄ menius
tr pt legis agrarie lator cum impedir& auxilioque tribu
ni nemo inuitus sacramento dicer& repente nunciatur arcē
caruentanam ab hostib; occupatam eē. ea ignominia accepta
cum apud patres inuidiae menenio fuit. Tum ceteris tribunis
iam ante p̄paratis intercessorib; legis agrarie p̄buit iustiorem
causam resistendi college; itaque cum res diu ducta ꝑ alter
cationem eēt consulib; deos hominesq; testantib; quicquid
ab hostib; cladis ignominieq; aut iam acceptū ess& aut im
miner& culpam penes menenium fore qui dilectū impedir&;

Menenio contra uociferantes si iniusti domini possessione
agri publici cederent se moram dilectui non facere. decreto
int̃ posito. nouem tribuni sustulerunt certamen. pnunciaue
runt que ex collegii sentencia c̃ ualerio consuli se dampnũ
aliamque coercitionem aduersus int̃cessionem college di
lectus causa detractantib; militiam inhibenti auxilio futu
ros ee. hoc decreto consul armatus cũ paucis appellantib; tri
bunũ collum torsis s&c metu ceteri sacramento dixere; Duc
tus exercitus ad caruẽ & anam arcem. quamquã inuisus infestus
q; consuli erat in pigre primo statim aduentu deiectis. qui in
p̃sidio erant arcem recipit. P̃datores ex p̃sidio p negligentiã di
lapsi occasionẽ aperuere ad inuadendum p̃dae ex assiduis
populationib; quod omã in locũ tutũ congesta erant. Fuit ali
quantũ uenditum sub hastam consul in aerariũ redire ques
tores iussit. Tum p̃dicans participem p̃dae fore exercitum
cũ militiam non abnuis s&c; Auctte inde plebis ac militum
in consulẽ irae. Itaque cũ ex sc̃ urbem ouans introire & alt̃
nis inconditi uersus militari licentia iactati quib; cons̃ increpitus meneni celebre nomen laudib; fuit. cum ad omnem
mentionẽ tribuni fauor circumstantis populi plausu que
& ad sensu cũ uocib; militũ certare & plus que ea res quam
prope sollempnis militum lasciuia in consulem curae pa
trib; iniecit. & tamquã haud dubius int̃ tribunos militũ honos
menenij si petere & consularib; comitiis ẽ exclusus. Creati
cons̃ sunt - cñ cornelius cossus. l. furius medullinus. Itẽ
non alias aegrius plebs tulit tribunicia comitia. sibi non cõ
missa. eum dolorem quaestoriis comitiis simul ostendit. &
ulta e. Tunc primũ plebis questorib; creatis ita ut in qua
tuor creandis uni patricio. c̃. fabio ambusto relinqueretur
locus. tres plebeii q̃. silius. p̃. pipius. clarissimarum familiarũ
iuuenib; p̃ferrentur. auctores fuisse tam liberi populo

suffragii icilios accipio ex familia infestissima pa-
trib; tres in eum annum tr̄ pl̄s creatos hi multarū
magnarumque rerum molem auidissimo adeo
populo ostentantes. Cum adfirmassent nichil se
moturos sine questoriis quidem comitiis quae sola
pmiscua plebi patrib; q; reliquissē senatus satis ani-
mi populo ēē ad id quod tam diu uellent ē p leges
licerē. pro ingenti itaque uictoriam id fuit plebi
questuramque eam non honoris ipsius fine aesti-
mabant. sed pate factus ad consulatum ac trium-
phos locus nouis hominib; uidebatur; patres con-
tra non pro cōmunicatis sed pro amissis honorib;
fremere. negare si ea ita sint liberos tollendos
ēē qui pulsi maiorum loco cernentesq; alios in pos-
sessione dignitatis sue salij flammesque nusquā
alio quam ad sacrificandum pro populo sine impe-
rius ac potestatib; relinquantur. Irritatis utriusq;
partis animis cum ē sp̄s plebs sumpsissē ē tres ad po-
pularem causam celeberrimi nominis haberē duces.
patres omnia questoriis comitiis ubi utrumq;
plebi licerē similia fore cernentes tendere ad con-
sulum comitiaque nondum promiscua essent. Icilii
contra tribunos militum creandos dicerent. ē tan-
dem aliquando inpciendos plebi honores. sed nulla
erat consularis actio quam inpediendo id quod pe-
tebant exprimerent. Cum mira oportunitate
uulscos ē equos p̄datum extra fines exisse in agrū
latinum hernicumque adfertur; ad quod bellum ubi
ex sc̄. cons̄ dilectum habere occipiunt. obstare tunc
enixe tribuni sibi plebi que eam fortunam oblatā
memorantes. tres erant ē omnes acerrimi uiri

generosi q; tam ut inter plebeios duo singuli singulos sibi cons adser
uandos fide assidua opera de summum imperium de
mendacium contienda plebs; nec delectum cons nec comitia quae
petebant tribuni expediebant; Inclinante deinde se fortuna ad
causam plebis nuncii uenium arcem caruentanam dilapsis ad pre
dam multis; qui insidiis erant aequos interfectis paucis custodib;
arcis in uasisse. Alios recurrentes in arcem alios palantes magnis
cedis. Ea aduersa cuncta resurrexere tribunicie actioni adiecit. Ne
quisquam enim tempestiue ut cum de inq; desisterent impediendo
bello; Quam non cessere nec publice tempestati nec suae in dubie
pugnantes. ut sc̄ fiat de tribunis mil creandis certo tamen pacto ne cu
ius partio haberetur. qui eo anno tr̄ pl essent. neue quis reflorescer.
mannii tr̄ pl haud dubiae iniciosi de nocente senatu. quos mer
cedem seditiosi tribunatus petere consulatum insimulabant. Tum
delectus haberi bellum q; omnium ordinum consensu apparari
coeptum; Consules ambo profecti sunt ad arcem caruentanam; an alt̄
ad comitia habenda subsisterent incertum diuersi auctores sacrum.
illa pro certa habenda in quib; non dissentiunt abarce caruentana
cū dum nec quoquam oppugnata est recessum uerrugine in uasis
cos eo dem exercitu receptam. populationes q; & pdas & in aequis
& in uisis agro ingentes factas. Romę sicut plebi uictoriae fuerunt
eo rum quae mallent comitia haberent. Ita euentu comitiorum pa
tres uicere; Itaque tribunum militum consulari potestate contra
spem omnium patres creari sunt. e uilius cuiusq; corruptius
ostium: e seruilius ab ala; ad rem ad habitum ferunt aperti cuius
eo tempore cuiusquo; insimulabant quod turbam indignorum candi
datorum inter mis cendo dignis tedio sordium in quib; dam ingenii
um populum a plebeis auertis sent. multis cos deinde & aequos seu car
uentana arce retenta in spem seu uerrugine amissum pī sidium ad ira
cū impulisse. fama adfertur summa ui ad bellum co orti caput re
rum amantes ee. eorum legatos interfui q; gentis populos circumisse
castigantes q; ignauiam quod ab dea urbs muros populabundos
magis uagari romanos prope anno & opprimi uerrugine pī sidium
passi essent. tam; non exercitus modo arma nos sed colonias & iam in simos
fore si mitti. nec ipsos modo romanos sua domi sa habere. sed seruitium
etiam desse captum hernicis donasse; Ad haec ea inflammare eorum

animu ut ad quos q; uentum erat numerus iumorum conscribebatur: tra
omnium populorum iuuentus antium contracta ibi castris positis hostē
operiebantur; Quae ubi tumultu maiore q iam quam res erat nuncian
tur romam. senatus extemplo quod inreb; trepidus ultimum consilium
erat dictatorem dici iussit. quam rem egre passos ulium cornelium q; fe
runt. magno q; certamine animorum rem actam; Cum primores patrū
ne quisquam conquesti non eē inauctoritate senatus tribunos multum
ostremo q iam cēpt appellarent. q consules qq abea potestate uim
sup tali re inhibuam referrent. cēpt lex discordia patrum nichl eē
mus auxilii dicerent. quib; non cuium non demq; hominum numero eēnt
si quando promiscā honores communicata resp. q; Tum se anum aduer
suros neq; superba magistratuū uim ita. sc. eēnt uterum patricii so lum
legum magistratuūm q; uerecundia per se quoq; tribuniam potestatē
agerent; Haec contentio minime idoneo tempore cum tantū belli
in manib: esset q occupauerat cogitationes cogitationes hominū. donec
ubi diu alternis uli cornelius q; cum adid bellum ipsi satis idonei du
cesēnt non eē aequum mandatū sibi apopulo eripi honorem disse
ruere: Tum abala seruilius cū multum tacuisse tam diu aut non qua
in certus sententiae fuerit: quem enim bonum quem se cernere sua
apublicis consilis. sed quia maluerit collega sua sponte cedere auc
toritati senatus quam tribuniam potestatem aduersus se imploraripa
tefieri; Tum quoq; si res sineret q libuit se daturum tempus his suis
se adreceptum nimis primatus sententiae; sed cum belli necessitates non
expectent humana consilia potiorem sibi collegarum gratia semp
fore q si maneat insententia. senatus. dictatore nocte. pxima dic
turum. ac siquis uitio cedat. sc. auctoritate se fore contentum. Quo
facto cū haud immeritam laudem gratiam q; apud omnes tulisset dic
tatore. p. cornelio dicto ipse abeo magister equitū creatus exem
plo fuit collegii suum q; intuentib; quam grata atq; honos oportuni
ora interdum non cupientib; ceēnt. bellum haud memorabile fuit; Uno
atq; eo facili pugno cesi ad antium hostes. uictor exercitus de populatus
uolscum agrum. castellum ad lacum fucinum ui expugnatum atq;
inde ui multa hominum capta. caterum uolsci ultra moenia compul
si. Haec defendentib; agros; dictator bello ita gesto ut tamen non de
fuisse fortune uideretur felicitate quam gloria maior in urbem re
dit magistratuque se abdicauit Tribuni mil mentione nulla comitiorq

consularium habita credo ob iram dictatoris creati tr̄ militum comitia edixe
runt; Tum uero grauior cura patrib; incessit: Quippe cum prodi causam ab
suis cerneret. Itaque sicut priore anno p̄ indignissimos ex plebeis candida
tos omnium et iam dignorum tedium fecerant. Sic tum primorib; patrū
splendore gratia que ad petendum preparatis omnia loca obtinuere. ne
ne tui plebeio aditus et. quatuor creati sunt omnes iam functi honore;
L. furius medullinus. c̄ valerius potit. cn̄ fabius uibulanus. c̄ seruilius aha
la. hic refectus continuato honore cum ob alias uirtutes tum ob recentem
fauorem unica moderatione Partum eo anno qui ante tempus indutia
rum cū ueienti populo exierat. p̄ legatos fecialesq; res repeti coepte. Quib;
finis ueientib; ad finem legatio ueientium ob uiam fuit; Petiere ne prius quā
ipsi senatum romanum adissent. ueios iretur ab senatu impetratum. quia
discordia intestina bella laborarent ueientes ne res ab iis repeterentur. Tan
tum aufuit ut ex incommodo alieno sua occasio peteretur. et in uulscis
accepta clades amisso uerrugine p̄sidio ubi tantum in tempore fuit
momenti. Ut cum p̄cantib; opem militib; qui ibi a uolscis obsidebantur
succurri si maturatum eēt potuisset ad id uenerit exercitus subsidio mis
sus ut ab recenti cede palati ad p̄dandum hostes opprimerentur;
Iarditatis causa in senatum magis fuit quam tribunis qui quia causa sum
ma uires stare nunciabantur. parum cogitauer̄ nulla uirtute superari
humanarum uiriū modum fortissimi milites. non tamen n̄ uiui p̄ mortē
multi fuere. Insequenti anno p̄ et cn̄ cornelius cossus cn̄ fabio ambus
to L. ualerio p̄ et ito tr̄ mil consulari potestate ueiens bellū nouum ob
sup̄bū responsū ueientis qui legatis senatus repetentib; res ni facesce
rent propere urbe finib; q; da turos quas Lars tolumnius dedisset
responderi iussit. Id patres egre passi decreuere ut tr̄ mil de bello
indicendo ueientib primo quoq; die ad populū ferrent; Quo dubi
primo p̄mulgatum ē. fremere iuuentus non dum debellatū cū uols
cis eē. modo duo presidia occidione occisa cum periculo retineri. nul
lum annū eē quo non acie dimicetur. et tamquam peniteat laboris
nouū bellū cū finitimo populo et potentissimo parari. qui omnem
et ruriam sit concitaturus; Haec sua sponte agitata insup tr̄ pl̄
accendunt. maximū bellū patrib; cum plebe eē dictitant. ea dē in
dustriam uexandam militiā trucidandam que hostib; obici. eam
p̄ cul urbe haberi atq; ablegari ne domi p̄ otium memor liber

tatis colonarum q; aut agri publici aut suffragii libere ferendi consilia agitare
pensantesq; ueteranos stipendia cuiusq; & uulnera accipitrices numera
bant. Quid ui integri cē incorpore loci adnoua uulnera accipienda. sup
sanguinis qui dari prore p̄ posse & roguantes. Hec cum inseruorum;
conciouib; q; nūdum agitantes auertisset plebem absuscipien
do bello profertur tempus ferende legis. quam si subiecta in
uidie esse antiquari apparebat. interim cē mitt. in uulscum
agrum ducere exercitum placuit. cū cornelius unus romae re
lictus. tres tribum p̄ quam nullo loco castra uulscorum ee nec com
missuros se proelio apparuit triptito ad deuastando fines discer
sere; Ualerius antium petit. cornelius ecetras. qua cunq; incen
sere late populati sunt tecta agros q; ut de terrerent uulscos;
fabius quod maxime petebatur ad an xp̄r oppugnandū sine ul
la populatione accessit; An xp̄r fuit quae nunc tarracine sunt
urbs prona in palude ab ea parte fabius oppugnationem ostendit.
Circummisse quatuor cohortes cū c. ser ulio ahala cum imminentē
urbi collem coepissent ex loco altiore qua nullum erat p̄sidium
ingenti clamore ac tumultu moenia inuasere; Ad quem tumul
tum obstupefacti qui aduersus fabium urbem infirmam tue
bantur. locum dedere scalas admouendi plena que hostium cunc
ta erant. Et inermis diu cedes parcer fugientium ac resistenti
um armatorū atque inermium fuit; Cogebantur itaq; uicti qua
cedentib; spei nichil erat pugnam inire. Cum pronunciatum re
pente nequis p̄ter armatus uolaretur. reliquam omnē multitudinē
uoluntariam exuit armis; Quorum ad duo milia & quingenti
uiui capiuntur. Acetera preda fabius militem abstinuit donec
collega ueniret. Abillis quoque exercitib; captum an xir dicti
tans ee qui ceteros uulscos apresidio eius loci auertissent. qui ubi
uenerunt oppidum uetere fortuna oppulentum tres exercitus
diripuere; Ea que primum benignitas imperatorum plebem pa
trib; conciliauit. Additum deinde omnium maxime tempestiuo prin
cipium in multitudinē munere ut ante mentionem plebis tribuno
rum de decernere & senatus ut stipendium miles de publico accipe
ret. cum ante id tempus de suo quisq; functus eo munere esset
nichil acceptum unquam a plebe tanto gaudio traditur concur

sum. Itaq; ad curiam eē prensatas que exeuntium manus & patres uere
appellatos. effectum eē fatentib; ut nemo pro tam munifica patria do
nec quicquam uirium sup & & corpori aut sanguini suo parcer &. cū com
moditas iuuar & rem familiarem saltim acquiescere eo tempore quo corp⁹
ad dictū atq; operatum rei. p. eē. Tum quod ultro sibi oblatum eēt non
atr. pt. umquam agitatum non suis sermonib; efflagitatum id effici
ebat multiplex gaudium. cumulatioremq; gratiam rei. Tr. pt. commu
nis ordinum l & icie concordiaeq; soli exptes negare tam id letum
patrib; uniuersis nec prosperum fore quam ipsi crederent. consili
um spetie prima melius fuisse quam usu apparituru; Unde
enim eam pecuniā confici posse. nisi tributo indicto. ex alieno igit
aliis largitos. Neque & iam siceteri ferant passuros eos quib;
iam emerita stipendia eēnt. meliore conditione alios militare quam
ipsi militassent. & eosdem in sua stipendia in pensas fecisse & ina
liorum facere; His uocib; inouerunt partem plebis; Postremo in
dicto iam tributo edixerunt etiam tribuni auxilio se futuros siq̄s
in militare stipendium tributum non contulisset. patres bene coeptā
rem p seueranter tueri. Conferre ipsi primi & quia nondum argentū
signatum erat aes graue plaustris quidam ad aerarium conuehen
tes spetiosam & iam collationem faciebant; Cum senatus summa
fide ex censu contulisset. primores plebis nobilium amici ex com
posito conferre incipiunt; Quos cum & a patrib; collaudari &
a militari aetate tamquam tamquam bonos ciues conspici uulgus
hominum uidit. repente spreto tribunitio auxilio certamen confe
rendi est ortum; Et lege p lata de indicendo ueientib; bello. exer
citum magna ex parte uoluntarium noui tribuni militum consula
ri potestate ueios duxere; Fuere autem tribuni titus. q. capitoli
nus. quintus quintius cincinnatus. c. iulius. tullus. iterum. a manli
us. l. furius medullinus tertiū. c. aemilius mamercus. a bus primū
circumsessi uei sunt; Sub cuius initium obsidionis cū aetruscorum
consiliū ad fanū uoltumne frequenter habitū esset. parum consti
tit bello ne publico gentis uniuerse tuendi ueientes eēnt. Ea op
pugnatio segnior. in sequenti anno fuit. parte tribunorū exercit⁹
que ad uolscum auocata bellū. Tribunos militū consulari potesta
te is annus habuit. c. ualeriū potitū t. cio. manliū serguiū fide

natem·p̄·cornelium malug inensem·c̄·cornelio cosſi·c̄·fabio ambustio·sp·nautium ruſulio·ter·ū·Cū uulscis inter ferentinum atq; ecetram signis collatis dimicatum·romanis secunda fortuna pugnæ fuit; artena inde uulscorum oppidum aberibunis obsideri cepta, Inde inter eruptionem temptatā compulso inurbē hoste occasio data est romanis irrumpendi· preter quam arcem cetera capta. inarcem munitam natura globus armatorū concessit· infra arcem caesi capti q; multi mortales· arx de inde obsidebatur· nec aut ui capi poterat quia prospatio loci satis p̄sidii habebat. aut spem dabat dedtionis omni publico frumento priusquam urbs caperetur inarcem conuecto·cedio q; recessum inde fore. His seruis arcem romanis prodidisse. Abeo multes p̄ locum arduum accepti coepere aquib; cū custo des trucidarentur· cetera multitudo repentino pauore oppressa inde dtionem uenit; Diruta arce urbe artena reducte legiones ex uulscis. omnisq; uis romana uetos conuersa ē; Prodtori p̄ libertatem duarum familiarū bona in p̄mium data· seruius romanus uocitatus· Sūt qui artenam uetericū non uulscorū fuisse credunt· prebet errorem quod eiusdem nominis urbs inter cete atq; uetus fuit· sed eam reges romani deleuere. Cetere tamque non uetericū fuerat. Altera hoc nomine eodem in uolsco agro fuit· cuius excidiū ē dictum;

Tit liui hechomachus dexitr uc fonendavi aburbe condidor victoriavus uc fonen da bam Donatus Sinmachis explicit liber iiii. Incipit liber Quintus feliciter.

Pace alibi parta romani ueiq; marmis erant; tanta ira odio q; utriusq; finem ad ee apparere; Comitia utriusq; populi longe diuersa ratione facta sunt. Romam auxere tribunorum multitudo consulari potestate mutatum· octo· qd numquam antea creati m̄· aemilius mamercus· iterum· lucius ualerius potitus tertium· appius claudius crassus· m̄· quintilius uarus· m̄· uulsus publius· m̄· postumius· m̄· furius camillus· m̄· postumius albinus· Veteres contra tedio annue ambitionis que interdum discordiarum causa erat regem creauere; Offendit ea res populorum animos· non maiore odio regni quam ipsius regis grauis iam· ut ante agenti fuerat opib; superbiaq; quia sollempnia ludorum quos inter initia nefaste· molenter diremisse· cum obiram repulse quod suffragio duo decim populorum alius sacerdos ei p̄latus esset artifices quorū magna pars ipsius seruitii erant ex medio ludicro repente abduxit; Gens itaque ante oms alias eo magis dedita regionib; quod excellet arte colendi eas auxilium uetericib; Negandū donec subrege esset decreuit; Cuius decreti suppressa fama ē

S. Marco 326

ueis propter metum regis. quia quo tale quid dictum referretur. pro
seditionis eum principe n̄ uam sermonis auctore habebat. romanis & siqui
ete res ex aetruria nunciabantur. tamen quia omnib; concilius eā rē
agitari adferebatur. Ita munebant ut ancipitia munimenta eēnt alia
in urbē & contra oppidanorū eruptiones uersa. aliis frons in aetruriā
spectans auxiliis siqua forte inde uenirent obstruebantur. cum spes
maior imperatorib; romanis in obsidione quā in oppugnatione & & hi
bernacula & iam res noua militi romano aedificari caepta. consiliūq;
erat hiemando continuare bellū; Quod p̄ quam tr̄ pt. iam diu nullam
nouandi res causam inuenientib; romam ē allatum. in contionem
prosiliunt. sollicitant plebis animos. hoc illud eē dictitantes quod ae
ra militib; sint constituta. nec se fefellisse id donum inimicorū ueneno
illitum fore. uenisse libertatem plebis. remotam in p̄ p̄ & uum & ab
legatam a urbe & a re p̄ iuuentutem. Iam ne hiemi quidem aut tem
pori anni caedere ac domos ac res inuisere suas. quam putarent conti
nuate militię causam eē. nullam profecto nulla aliam inuenturos ne
quid p̄ frequentiam iuuenū eorum in quib; uires omnes plebis eēnt
agi de commodis eorum poss & uexari p̄terea & subigi multo acri
us quam ueientes. quippe illos hiemem sub tectis suis agere. egre
giis muris situ que naturali urbem tutantes. militem romanum in o
pere ac labore niuib; pruinisq; obrutum sub pellib; durare. Ne hie
mis quidem spatio quę omniū bellorum terra mariq; sit quies. arma
de ponentem. Hoc neque reges neque ante tribunitiā potestatem cre
atam sup̄bos illos cons̄ neque triste dictatoris imperiū neq; in portu nos
decem uiros iniunxisse seruitutis. ut p̄ennem militiam facerent. quod tri
buni militū in plebe romana regnū exercerent. Quid nam illi consules
dictatores ue facturi eēnt qui proconsularem imaginem tam seuam ac
trucem fecerint. sed id accidere haud inmerito. non fuisse ne in octo qui
dem tribunis militum locū ulli plebeio. antea trina loca cū contentione
summa patricios explere solitos. Nunc iam octo iuges ad imperia obti
nenda ire. & ne in turba quidem herere plebeium quem quam. qui si nichil
aliud admoneat collegas liberos & ciues eorum non seruos militare. quos hie
me saltem in domos ac tecta reduci oporteat. & aliquo tempore anni parentes
liberosq; ac coniuges inuisere & usurpare libertatē & creare magistratus;
Hęc talia que uociferantes aduersariū aut inparem nacti sunt app̄ claudiū re

lictum a collegis ad tribunicias seditiones comprimendas. uirum inbutū
iam ab iuuenta certaminib; plebeis quem auctorem aliquot annis ante
fuisse memoratum est p collegarum intercessionem tribunitie potesta
tis dissoluende. s tum iam non promptus ingenio tantum sed usu et iam
exercitatus talem orationē habuit; Si umquam dubitatum ē. q̄ntes utrū
tribuni plebis urā an sua causa seditionum semp auctores fuerint Idego
hoc anno desisse dubitari certum habeo; Et cum l. et or. tandem longi
errores uobis finem factum eē. Tum quod secundis potissimū is urīs reb;
hic error ē sublatus. et uobis et propter uos re p̄ gratulor. an ē quisq̄ qui
dubito nullis iniurijs urīs sique forte aliquando fuerunt umquā aeque
quam munere patrum in plebem cum aera militantib; constituta sunt
tribunos plebis offensos acconcitatos eē. Qui dillos aliud autem timuisse
creditis aut hodie turbare uelle nisi concordiam ordinum quā dissol
uende maxum tribunitie potestati Rentur eē. Sic hercule tamquam
artifices in probi opus querunt. qui et semp aegri aliquid eē in re. p̄ uo
lunt. ut sit ad cuius curationē a uob adhibeantur. utrum enim defen
ditis an inpugnatis plebem. utrum militantiū aduersarii estis. an
causam agitis. nisi forte hoc dicitis quicquid patres faciunt Displicet
siue illud p plebe siue contra plebem ē. et que admodū cū seruis suis ue
tant domini quicquam rei cū alienis hominib; eē paritq; ī his benefi
ficio ac maleficio abstineri aequum eēt. sic uos inter dicitis patrib;
commertio plebis ne nos comitate ac munificentia nr̄a pro uocemus
plebem. nec plebs nobis dicto audiens atq; oboediens sit. quanto
tandem si quicquā in uobis non dico ciuilis sed humani eēt fauere uos
magis et quantum in uobis et et indulgere potius comitati patrum
atque obsequio plebis oportuit. Quae si pp et ua concordia sit quis nō
spondere ausit maximum hoc imperium inter finitimos breui fu
turum eē atq; ego quam hoc consiliū collegarum meorum quo ab
ducere infectare aueis exercitum noluerunt non utile solū sed
et iam necessariū fuerit. postea disseram; Nunc de ipsa conditio
ne dicere militantiū lib. et quam orationem non apud uos solum sed
et iam in castris si habeatur ipso exercitu disceptante aequam ar
bitror uideri posse. In qua si michi ipse nichil quod dicerem inmen
tem uenire posset aduersariorū certe orationib; contentus essem.
Negabant nup danda eē aera militib; quia numquā data eēnt. Quonā

modo igitur nunc indignari possunt. quib; aliquid noui adiectū
commodi sit eis laborem & iam nouum ꝓportione iniungimus quā
nec opera sine emolumēto nec emolumentū ferme sine inpensa operaē;
Labor uoluptas que dissimillima natura societate quidem inter se natu
raliter sunt iuncta. moleste antea ferebat miles se suo sumptu operam
rei p̄ praebere. gaudebat idē partem ānise agrū suum colere querere
unde domi militiae q; se ac suos tueri posset. gaudet nunc fructui
sibi rem p̄ eē. & lectus stipendium accipit. Aequo igitur animo patiatur
se ab domo abre familiari cui grauis inpensa non ē paulo diutius
ab eē. ansi ad calculos eum res publica uocet non merito dicat annua
aera habes. annuam operam ede. ante aequum censes militia se mens
tri solidū te stipendium accipere. orationis quirites moror. sic enim age
re debent qui mercennario milite utuntur. at nos tamquā cum ciuib; agere
uolumus agi que tamquam cū patria nobis cū aequū censemus. aut non
suscipi bellum oportuit aut geri pro dignitate p̄ R̄ & ꝑfici quā primū opor
tet. ꝑficietur autem si urgemus obsebsos. si non ante abscedimus quā spei
nrāē finem captis ueis inposuerimus. si ercules nulla alia causa ipsa in
dignitas ꝑseuerantiam inponere debuit. decem quondam annos urbs oppug
nata est obunam mulierem ab uniuersa gretia. quam procul ab domo quot
terras quot maria distans. nobis intra uicesimū lapidem in conspectu prope
urbis nrāē annuam oppugnationē ꝑferre piget; scilicet quia leuis causa bel
li est. nec satis quicquam iusti doloris ē. quod nos ad ꝑseuerandū stimulet sep
ties rebellarunt; in pace numquā fida fuerunt. agros nrōs milies de
populati sunt; fidenates deficere a nob coegerunt. colonos nrōs ibi interfe
cerunt. auctores fuere contra ius cedis impie legatorū nrōrū & ruriā
omnem aduersum nos conticare uoluerunt. hodie que id moliuntur
res repetentis legatos nrōs haud ꝓcul afuit quin uiolarent. cum his
molliter & ꝑdilationes bellū geri oportet. si nos tam iustū odiū nichil
mouent ne illa quidem oro uos mouent. operib; ingentib; septa
urbs ē. quib; intra muros coercetur. agrū non colūt. & culta uasta
ta sunt. bello si reducimus exercitum. quis ē dubitet illos non acupi
ditate solum ulciscendi sed & iam necessitate inposita ex alieno pre
dandi cum sua amiserint. agrū nrm̄ in uasuros non differimus. Igitur
bellum isto consilio. sed intra fines nrōs accipimus. Quid illud quod
ꝓprie ad milites ꝑtinet. quib; boni tribuni plebis cū stipendiū extor

Inuitus in hac parte

quere uoluerunt. nunc consultum repente uolunt. quale ē? uallum fossamq;
ingentis utrumq; rem operis ꝑtantum spatium duxerunt. castella primo
pauca. Postea exercitu aucto crebrissima fecerunt. munitiones non ī ur
bem modo sed in eturiā & iam expectantes siqua inde auxilia ueniant
opposuere. quid turres quid uineas testudines que & aliū oppugnandarū
urbium apparatū loquar? cū tantū laboris exhaustum sit & ad finem
iam operis tandem ꝑuentū relinquenda ne haec censetis? ut ad statem
rursus nouus de integro his instituendis exudetur labor; quanto ē
minus opera tueri facta & instare & ꝑseuerare defungiq; cura? Breuis
enim ꝓfecto res ē. si uno tempore ꝑagitur. nec ipsi ꝑ inter missiones has
inter ualla que lentiorem spem nrām facimus. Loquar de operis & de
temporis iactura. quid periculi quod differendo bello adimus. nunc
obliuisci nos haec tam crebra & ruriae concilia demittendis ueios auxi
liis patiuntur ut nunc res se habēt. Irati sunt. oder? negant missuros. quan
tum in illis ē. capere ueios licet. quis ē. qui spondeat eundem si differtur
bellum animum postea fore. cum si laxamentū dederis maior frequentior
que legatio itura sit; Cum id quod nunc offendit & ruscos rex creat⁹
ueis mutari spatio interposito possit. uel consensu ciuitatis ut eo re
concilient & rurie animos. uel ipsius uoluntate regis qui obstare regnū
suū saluti ciuium nolit. Uidete quot res quam inutiles sequantur illā
uiam consilii. iactura operum tanto labore factorum. uastatio inmi
nens finium nrōrum. & ruscum bellum proueiente concitatū; haec sē
tribuni consilia urā. Non hercule dissimilia ac si quis aegro qui curari
se fortiter passus extemplo conualescere possit cibi grā ꝑsentis aut
potionis longinquum & forsitan insanabilem morbū efficiat. si medi
us fidius ad hoc bellum nichil ꝑtineret ad disciplinam certe militiae
plurimum intererat insuescere militem nrm̄ non solum parta uictoria
frui. sed si & iam res lentior sit pati tedium & quamuis sere spei exitum
exspectare. & si non sit estate ꝑfectum bellum hiemen opperiri. nec si
cut estiuas aues statim autumno tecta ac recessum circumspicere.
Obsecro uos. uenandi studium ac uoluptas homines ꝑniues ac pruinas
in montes siluasque rapit. belli necessitatib; eam patientiam non adhi
bebimus? quā lusus ac uoluptas elicere solet. adeo ne effeminata cor
pora militū nrōꝝ eē putamus. Adeo molles animos ut hiemen unā
durare in castris abeē ab domo non possint. ut tamquā nauale bellum

tempestatib; captandis & obseruando tempore anni gerant; non estus
non frigora pati possint. erubescant pfecto si quis eis haec obiciat con
tendant que & animis & corporib; suis uirilem patientiam in eē. & se iux
ta hieme atque estate bella gerere posse. nec se patrocinium mollitiae
in aertie q; mandasse tribunis. & meminisse hanc ipsam potestatem non
in umbra nec in tectis maiores suos creasse; Haec uirtute militū urōrum
haec romano nomine sunt digna. non ueios tantum. nec hoc bellum in
tueri. quod instat. sed famam & alia bella & ad ceteros populos in
posterum quęrere an mediocre discrimen opinionis secuturum ex hac
re putatis. utrum tandem finitimi populū romanū eē putent. Cuius
si qua urbs primum illud breuissimi temporis sustinuerit impetum
nichil de inde timeat. an hic sit terror nominis nrī ut exercitū. R̄. non
tediū longinquę oppugnationis non uis hiemis a burbe circumsessa
semel amouere possit; Nec finem ullū aliū belli quam inctoriam
nouerit. nec impetu potius bella quā pseuerantia gerat. quae in om
ni quidem genere militiae maxime tamen in obsidendis urbib; ne
cessaria ē. quarum pleras q; munitionib; ac naturali situ inexpugnabi
le fame siti que tempus ipsum uincit atq; expugnat. sicut ueios expugna
bit nisi auxilio hostib; hostib; tribuni plebis fuerint. & romę inuenerint
p̄sidia uehientes. quę nec quicquā in etruria quaerunt. An ē quicquam
qd̄ ueientib; optatū aeque contingere possit. quā ut seditionib; primū
urbs romana de inde uelut ex contagione castra impleantur. At her
cule apud hostis tanta modestia ē. ut non obsidionis taedio. non deniq;
regni quicquā apud eos nouatum sit. non negata auxilia a betruscis
irritauerint animos. morietur enim ex templo qui cūq; erit seditionis
auctor. nec cuiquam dicere ea licebit quę apud uos in pune dicuntur.
fustuarium meretur qui signa relinquit aut p̄sidio decedit. auctores
signa relinquendi & deserendi castra non uni aut alteri militi sed uni
uersis exercitib; palam in contione audiuntur. adeo quicquid tribun⁹
plebi loquitur & si prodende patriae dissoluendeq; rei publice ē. as
